



Otrzymaniem w Krakowie  
w darze na ten Bibliotekę  
im. Zichinińskich TNP -

od laurera nagrody nauko-  
wej TNP im. Władysława Smo-  
leńskiego

p. STANISŁAWA CIEŚLAWSKIEGO  
seniora antykwariatu krakowskich,  
10 kwietnia 1986 r. w dniu  
wyszczenia Mu w/w nagrody

Józef Olszański






XVI,55



D 142/86





# PIO SACERDOTI.

Huc p̄pere cupiens popl'm informare Sacerdos  
Unica qđ Christus vic̄ma grata Deo est.  
Ut p̄prio & duram compleuit sanguine legem,  
Victima quodq; vetus facta figura noue est.  
Contulit imir'rita & Christi quid passio nobis,  
Quo pretio ie suas ipse redemit oves.  
Quas sana quum nunc doctrina pascere debes  
Huc sancto officio congruet iste liber.  
Librum seruasset nisi cura fidelis amicum.  
Nunc eius fieret copia nulla tibi.  
Atq; igitur duplici causa grateris oportet,  
Illi & qui peperit, qui reparantq; modo.  
Immo ut vera lo. uar triplici grateris oportet,  
P̄x̄sul eñi moluit, quo struat autor opus.

## C VI QZ CHRISTIANO LECTORI.

Quin etiam Christi quicunq; es verus amator  
Huc p̄pere venias sanctaq; scripta lege.  
Et facito noscas veteris mysteria legis.  
Umus ut est Christus spes : via : vita : salus.

## Doctores in hoc opere citati.

Albertus.	Hieronymus.
Ambrosius.	Hilarius.
Augustinus.	Leopapa.
Beda.	Origenes.
Bernardus.	Pius papa.
Chrisostomus	Platina.
Beron.	Simon de cas.
Gregorius.	Theophilactus.



REVERENDISSIMO IN  
Christo patri & domino, domino Iohanni  
Lboieński J. V. Doctori, Episcopo Vlocensi,  
inclitiss Polonie regni cancellario supremo,  
studiosorum decennari maximo, &c. fce-  
licis memorie D. Doctoris Iohannis  
a Leopoli, candidi qdam amici,  
Salutē, & indecessi obsequiū  
famulatū offerunt.



V I demortuis homi-  
nibus aliquando iniuriati  
fuisse leguntur. Quidamissime  
presul, & impios indicatos, &  
parum strenuos viros puta-  
tos, pueriliā cum larvis lu-  
ctari, & iugulare mortuos, si-  
dem faciunt. Contra, qui digno honore defun-  
ctos prosecuti sunt, vere pietatis, & sincere reli-  
giōis habiti sunt cultores. Enimvero, qui viuis  
decernuntur honores, interdū formidinis grā-  
fiunt, persepe assentationis & alieni studi. Que  
vero defunctis dantur, mera pietas est, merus  
amor, & anteacte virtutē testimonium. In quo non  
spectatur, quid velit is cui bonos exhibetur, sed  
quid meritus sit, non quod alij dandum putent  
sed quid quisq; datum velit. Dorro, multis va-  
rijsq; modis malevoli homines, vita functis in-  
iurij esse noscuntar, nō solum quim diris & ma-  
ledictis denouent defunctorum manes, sed etiā  
dum labores, egregia facta, lucubrationes, vi-  
gilias & sudores alienos, vel omnino supprimunt  
(quod est vere iugulare mortuos) vel Alesopicā

imitantes corniculam, alienis plūmis sese venitare, non sua sibi adscribendo pergunt. Ab exemplo horum, sane quemuis cordatum cū lōge abesse maxime conueniar, tum prēcipue amicos minime fucatos decet, non solum illibatum in vita custodire amici honorem, sed in ipsa morte, imo post mortem etiam sacrosanctum retinere. Ait nāq; Solomō in parcerijs suis, capite xvij Omnis diligit tempore, q; amicus est. Quod vt palam omnibus conspicuūq; foret, nos non nostra querere. Hoc quicquid est libelli, nō sine tñ ingenti labore cōflati, sub sui autoris nomine in lucem deponere, simulq; amplissimo nomini tuo multis de causis, dedicare potius visum est. Tum, quod nuper summo cum omnium p̄bōꝝ applausu, nec min⁹ nostrę Achademię Eracot studiorumq; desiderata expectatione, incliti huius regni, et terreni regis Lancellarius es p̄nuntiatus, vt coelestis etiam regis Christi Iesu Euangelion, inter tot terrenorum negotiorum impendentia monstra, locum inueniat. Tum vt qui extitisti laboris huius inhortator, idem sis patronus atq; defensor. Defendes aut̄ cōtra eos quibus aures tñ delicate sunt, ceteri corporis sensus stupidi. Quibus labor iste non satis quantum augurari licet p̄habitur, q; parū accurato verborum lenocinio sit expolit⁹ et ornatus. Sed meminerint, diuini verbi oracula, plano a spū sancto esse conscripta silo, nimirum, vt sciamus falsa et suspecta egere fucis, et coloribus, vera aut̄ minime. Quādōqdem veritas ornari nō cupit, contenta voceri. Accipe igit̄. Ornatisseme Id̄ sul, vniuersitatem passionis dominice historiam, olim dum declamaretur auditam, nūc vero efflagi-

cantibus, immo vrgentibus multis, typis e-  
cusam, vt quod olim deuote ac benigne audi-  
uisi, nunc flagrantius lectitando medite-

ris expendaſq. Vale decus sacerdotū.

Eraconię ex qđib⁹ nostris Collegij  
maiori, sexto id⁹ Marcij Anno

Christi humanati. M. D.

x x v i.



## AD LECTOREM.

**A**B E S homo Christiāe  
piam iuxta ac doctam cōcio-  
nem, quę deuotis mentibus  
Christi Iesu domini ob oculos  
amarām ponit passionem  
Hanc tibi typis excudendam  
in publicumq; edendam chri-  
stiana charitas imperauit: vt p̄e mambus ha-  
beas vnde eius passionis historiam (per quam  
deus salutem vniuerso mortaliū generi statuit)  
et cognoscere, et ononibus diebus vite tuę memi-  
nisce possis. In eius namq; pia et sancta medita-  
tione p̄cipuam huius vite delectationem po-  
nendam esse oportet, ei qui verus cultor Christi  
esse voluerit, et eterne felicitatis gaudia se con-  
secuturum sperauerit. Ad quam meditandā ani-

modis recolendā nos maxime ex pergefacere debet, quod is qui extra omnem culpā erat, ex flagrantiissima charitate, pro nobis nihil pmeritis immo transfugis ac hostibus, et a quibus nihil omnino mutui beneficij redire poterat, vinciri, trahi, damnari, conspici, vapulare, probris offici, demū et in ara crucis agnus sine macula immolari voluit, ut nos suis vinculis, a satanā ne tyrannide solueret, sanguine precioso lauaret morte sua ad immortalitatem eucheret, atq; ad regni cœlestis gaudium viam nō indicaret mō verum etiam per fractis spoliarisq; inferis, cœlesti virtute aperiret. Hanc igitur a seculo inauditam charitatem, tantam meritorum beneficentiam, per quam sumus reparati, et ad optimas spes vocati, quemq; obliuisci esset ingratisudinis plusquam belluine singularis impudētiq; immo verius dementiē: verum semper meminisse, est hoc summum beneficium agnoscere, atq; gratiā vt cūq; pro virili referre. Qnod etiā nostrę salutis auctor, faciendum nos docuit, dū eiusdem passionis penitentiam repetitis vicib⁹ suis prænunciauit, ut tum in ore, tum in corde Christiani fiat omni tempore. Hec est enim gloria nostra, salus nostra, vita nostra in qua sola, tuba veritatis euangelice diuinissimus Paulus, se exclamat gloriari. Adeius vero mysterij recolendam memoriam, hęc contio inuitat, nec non ad pietatem languēū excitat. Ex eius manu lectio de senties frigidum pectus tuum, ad amorem sui reparatoris ardore diuino inflammari, mente spretis rebus mortaliū ad cœlestia eleuari. Hec insuper te abunde erudit quid ea signa ubi sacrosanctū Eucharistię sacramentum in altari

Conficitur, sibi velint: quod quidem omnes qui  
Christo suum nomen dederunt scire tam est sa-  
lutiferū, q̄ ignorare quid suę religionis est, tur-  
pissimum. Reliquit hāc, atq; publice die sancto  
paraschēne, in templo Regie Lracouieū. Anno  
incarnationis saluatoris 1531. pronuntianit  
Joannes Leopoliēn vir et vītę singularis, et do-  
ctrine insignis. Erat enim moribus mira comi-  
tate, mira modestia, ac iucunditate conditis, ni-  
bil arrogancię, nihil bilis, nihil supercilij ha-  
bens, sed prorsus ab omnibus mundi affectib⁹  
purus. Cuius ingeniu argutum, acre iudiciu,   
infatigabilis industria, pectus semper ardens  
ad optima studia. Quę em̄ pars philosophię esse  
poterat, in qua non ira versatus sit ut in ea sola  
versatus videaſ. Aut quis omnino liber est seu  
veterum seu recentium, quem non euoluerit, nō  
introspererit, non imbiberit. Mouerat enim a-  
cumē dyalecticorum, admirandam doctrinam  
philosophorum, subtilitates Metaphysicorū,  
mysteria Theologorū, in quorum palestris ni-  
hil inerat quod illi non erutum, nou. excussum  
fuisse ac meditatum. Hic tanta cū laude Theo-  
logię lauream assecutus, inexplebili auiditate  
in euoluendis Christianis autoribus versabat  
quasi non dimissus a studijs, sed nunc demum  
ad seria studia admissus fuerit. Adox veritatis  
euangelicę p̄co a proceribus ecclesię eligitur,  
vbi moderatis rationibus, diuinis p̄ceptis,  
plebem Christi instruit: euangelica mansuetu-  
dine, atq; miti modestia vicia hominum, mo-  
resq; corruptos arguit. Cuius tādem cita mors  
omnes in luctum coniecit, hic non iniuria illud  
vici possit, quod de Marcello Maro cecinīt,

ostendit terris hunc tantum fata: nec ultra es-  
se sinent. Sed hec non est ignota satorum ini-  
dia, que pulcherima quoq; tñ ostendunt terris,  
deterioribus ad tedium usq; relictis. Quamuis  
vero tam subito ex hac lachrimarum valle, fle-  
biliq; Aegipto ad coelestem Jerusalem raptus  
fuérit, glam tñ nunq; intermorituram ex  
studis, atq; sanctis in vinea domini labo-  
rib⁹ reportauit, quem, pr̄ter plurima  
studiorū monumēta egregia, hic sacer-  
libellus, quo Christus in suis illu-  
strabitur, in eterna hominum  
vixisse faciet memoria, huc  
tu optime lector non  
ingrato suscipe  
animo,



# Oblatus est quia ipse voluit. Esa. 53.

**I**n signis valde nobis adest dies,  
Dies magna, misericordie dei: gratia,  
et diuinę bonitas dies. Dies in-  
q̄ passionis, qua deo patri in recon-  
ciliationem peccatorū sacrificiū ob-  
latum est acceptissimum. Hac die ni-  
mirum, Dns noster, creator noster,  
Rex noster, vita nostra, amor noster, immo fra-  
ter Christus Jesus, p nobis mortuus est; et mor-  
te qdem ut abiecrissima, ita crudelissima, nobis  
vero omib⁹ vrilissima. Ait em̄ BE RNA R-  
DVS. Nihil in mundo poterat melius fieri, q̄  
quod factum est a domino his diebus tc. Non  
mediocre quidem bonū tunc percepit homo. dñ  
a deo optimo maximo cōditus esset, insup prin-  
ceps omnī ante se creatarum et dñs esset cōsti-  
tutus rerum, dum illi omnia subiiceret cœlestis  
pater sub pedes, ut cūcta vſibus eius inseruirēt  
Et si conseras recōciliatiōis opus ad creatiōis  
beneficiū, longe hoc et multis de causis, ab illo  
superabitur. Quod em̄ cōmodum aut que cōso-  
latio homini futura esset ex eo, q̄ ut esset factus  
est: nisi ut bene esset sibi: prospectum fuisset, si em̄  
alterum defuisset, in scelip plane et miser esse ne-  
cessē habuisset: ppter quod melius esset si natus  
**Marsi.** non fuisset homo, quemadmodum et Dns de Ju-  
da dixit, Bonū erat ei, si non esset natus homo  
ille. Nec satis scelip et beatus futurus erat ho-  
mo, esto delicijs et voluptatibus omib⁹ afflue-

ret, mundanis, ac temporaneis, interimq; a deo  
maximo & precipuo bono suo destitutus, perpe-  
tuo puniretur. Nam quia per mortem Christi &  
passionem eius (que holocausti ratione habuit)  
a miseria & morte eterna liberati sumus, palam  
est: passionē Christi lōge fructuosiore nobis fore  
creationis nostrę dignatione.

Incarnatio etiā filii dei, secundū quam naturā  
in se assumpsit humanā, non mediocre bonū ex-  
titit: & res quidem stupenda, quam nec angeli  
capiunt. Sed si filius dei natus: mortuus non  
fuisse, generi humano (quod lapsum erat in p-  
toplasto) utilitatis & fructus modicū peperisset  
Naturam siquidem illam diuinitati copulatā,  
magis honoratā fateri necesse haberemus, cō-  
solatiōis tñ & bñficien̄iē dei ratiōm, in alios ho-  
mines effusam nō persensissemus. Gaudiū an-  
geli anunciauit, non ideo solum, q; natūs es-  
set Christus, sed quia idem saluator mundi nat⁹  
esset. Nam si alia ratiōe quam vt saluaret mun-  
dum genitus esset ex tpe, non plus gaudij attri-  
buīsse mundo, quā natūs cuiuspiā alterius, q; nūc  
in Iudea vel in remotissimis partib⁹ nascereb⁹.  
Saluatoris em̄ officium ipse nascēdo aggressus  
est, absoluit sūt paciendo. Nam mortis & sue  
passionis tpe, chyrographum peccati cruci sue  
affixit, atq; de manu dyaboli nos perfecte libe-  
ravit: Et id quidē nō nascendo, sed paciendo.  
Omnibus fidelibus notum est, ppter inobediē-  
tiā genus fuisse perditū humanū, ac in pot-  
estatem & tyrannidem incidisse dyaboli, a cœle-  
sti exclusum gloria, visione dei priuatū, Justoq;  
dei iudicio in hanc deiectū miserię vallem. Pa-

ter aut̄ misericordiarū Deus, qui nescit etiā in  
media ira suas continere misericordias, placa-  
bilem se exhibere promisit, si sacrificiū aliquod  
se dignū, p̄ seducti hominis excessu immolaref.  
Verum cum nec ad id sufficeret totū genus hu-  
manum, iterum pientissima sua bonitate dedit  
hominem, filium sc̄z suum incarnatū p̄pter ho-  
minem. Quod expressit Ap̄lus dicens. Proprio  
filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus  
tradidit illum: Misitq; eum in mundum, nō vt  
iudicet mundum pro iniquitatibus in eo inuen-  
tis, sed vt saluetur mundus per ipsum.

No. 8. Iudeoinde Paulus gratulabundus loquitur.  
I. Thib. fidelis sermo z omni acceptiōne dignus, quia  
mc. I. Christus Jesus venit in hunc mūndum, peccato-  
res saluos facere. Nunquid aurū vel argentum  
dando: aut sanguinē byrcorū vel thaurorū esfu-  
sum offerendo: non hęc reuera aut his similia.  
Sacrificiū em̄ seu res immolanda p̄toto poplo  
debuit fore minus deo, z maius. i. maioris pre-  
ciū z estimatiōis quam totus populus: ita v̄czt  
vt mediū quoddam haberet inter deū z om̄nes  
homines, pro quibus offerri deberet. Nam nul-  
lum pecus tale esse poterat, cum naturę dignita-  
re longe incōparabiliterq; minus est quocunq; homine, qui est imago dei. Nam igitur ob cau-  
sam, ex animalibus brutis diuinę iustitię con-  
gruū sacrificiū, p̄ hominibus fieri potuit mini-  
me: se ipsum ergo, saluatorus z liberaturus ho-  
minem, obtulit deus, Precipiebat quidem lex  
vetus, pro peccato hominis mactare pecora,  
que tamē peccatum (attestante ap̄lo) non expia-  
bant. Impossibile quippe est sanguine byrcorū

aut thaurorum auferri peccata. Qui sentencie  
subscribens. I E R E M I A S Ait. Nun- Jere. II.  
quid carnes sancte auferet a te malicias tuas?  
q. d. nequaquam, virtute sacrificij illius propria.  
Si enim dimittebatur peccatum, illud siebat virtute  
et merito Christi Iesu sanguinis, cuius typum  
et umbram tenebat ille qui ex animalium effunde-  
batur corporibus sanguis. Terribile est non  
nullos idolatras, hoc aut agnouisse, aut aliun-  
de haudissem, deum humano non brutorum placan-  
dum cruento, quemvis multi circa hoc institutum  
grauius errabant: Alii namque hospites et pere-  
grinos mactabant. Nonnulli proprios liberos im-  
molabant, Christus autem veniens non aliud he-  
minem sed seipsum offerre voluit.

Quapropter merito dies hodierna, dies magna  
insignis dies, misericordie dei et gratiae dies ius-  
tre vocatur, quia in ea magna et ineffabilis misericor-  
dia dei nobis exhibita, ac utilitas non vulgaris  
nobis concessa sit.

Tam excellentis facti huius memoriam agens  
ecclesia anniversarium, in admiratiōm procul-  
dubio tantę bonitatis, gratię et misericordię dei  
patris erga hominem, et ex admiratiōe in amo-  
rem inflammare nos satagit. Admirabilis  
est enim, ne dicā stupenda res est, ut seruum redime-  
ret deus, filio non parcit proprio, ut per quem  
mundum condiderat, per eundem et collapsum  
restitueret. Multoque id facit nunc mirabilius  
quam olim dum omnia imperio verbi sui crea-  
uit, dicens et mox facta sunt omnia. Si quidem  
in reparacionis tpe, non imperio verbi restau-  
ravit hominem, sed admirabili filij sui tollerā-

tia, per Triginta et plures annos multa ipsius  
agere et sustinere voluit, ordinans mirabiliter  
ut filii sacerdotis, offerentis, et hostie oblate, fun-  
geret munere. **E**t enim **AUGVSTINVS**

**Li. 4. de tri. ca. 14** Quatuor in sacrificio consideranda admoneat.  
**M**imum cui offertur: Secundum quid offertur  
**T**ercium a quo offertur: Quartum pro quibus  
offertur: Voluit tamen deus, ut idem ipse unus ve-  
rus mediator, per sacrificium pacis reconcilians  
nos deo, maneret unus cum illo cui offerebat: unus  
in se ficeret pro quibus offerebat (per consonan-  
tiam scilicet et conformitatem charitatis) unus ipse  
esset qui offerebat, et quod offerebat. Nunquid  
ergo non admirabilis dei pietas: quia cum san-  
ctior et iustior sacerdos esse non posset, quam uni-  
cus dei filius, qui non opus haberet per sacri-  
ficii sua purgare peccata. Nec sacrificium esse pos-  
set aptius quam caro mortalis, aliena ab omni  
contagione carnalis concupiscentiae, voluit ut ca-  
ro sacrificij nostri, corpus esset sacerdotis nostri,  
ut sic idem esset et sacerdos et hostia.

**M**ulto mirabilius et illud cœlestis patris no-  
bis exhibet pietatem, et filium ad redimendum  
præordinauerit, non simplici et qualicunque obla-  
tione immolandum. **M**agnus quidem fuisset si sic  
dedisset filium, ut quemadmodum omnia verbo co-  
dedit ita et verbo intercedendo placauisset deum:  
**I**stacuit autem diuinus sapientia redemptionis no-  
stræ mysterium, per filium sic pro nobis traditi ver-  
bera, ignominiam, mortemque turpissimam perfice-  
re. Per ignominiam inquit: quis enim unquam fuit di-  
gnior homo, sublimiorque ipso Christo in mundo?  
**E**t tamen ita disponete patre die hodierna, nemo il-

Io abiectior fuit. Non semel quidem, sed mul-  
tociet Christus a suis in honoratus fuisse legit  
quēadmodum et ipse confiteat apud Iohannem.  
Tos in honoratis me, Potorem vini, hominem Iohn. 8.  
remulentum, comedonē, publicanorū et sutorē Luce. 7.  
- socium appellantes. Ecce inquietū homo po- Maib.  
rator vini. Jam talia et huiusmodi viro hone- 11.  
sto et graui adscribere dedecorosum esse quis ig-  
norat? Signa prēterea omnia que edebat, non  
spiritu diuino sed malignorum demonū artib⁹ Iohn. 8.  
ad instar prestigiorum fieri, non sine grandi  
dignitati maiestatis offensione calumniabantur.  
In honorabant et ipsum, dum tanq⁹ blasphemū  
lapidibus obruere attenteret, et de rupe altissim⁹ Iohn. 8.  
ma precipitem agere meditareretur, atq⁹ tanta Luce. 4.  
actalia Christus Jesus diuersis in locis et tem-  
poribus ante suę passionis certamen sustinere  
voluit. Die autē hodierna, permittente patre,  
quicqd usq⁹ ignominie, levitatis, acerbitas et  
passionū, calamitatūq⁹ et tribulationum, morta-  
lis homo excogitare posset, ad instar torrentis  
validissimi in ipsum confluxisse, et congregata  
esse certissimum est, iuxta illud: Congregata sunt p. 34.  
super me flagella et ignorauī.

Si quidē inē innumera alia, die hodierna, Rex  
regum et dñs dñanticum, preōcio vilissimo vendi-  
tus est. Ipse bonus dñs qui omnia beneficēt, tā-  
q⁹ malefactor captus est. Ipse mansuetissimus,  
tanq⁹ furiosus vinculis ligat⁹ est. Saluator om-  
nium, ad instar pestilentis hominis et sediciosi  
accusatus est. Ipse qui est iusticia, cui iniquus et  
latro, iudicibus iudicandus rapitur, veriusq⁹  
trahitur quam prēsentatur. Qui cum sit sapientia,



tia dei, cui fatuus et vecors homo, scurritus mos-  
rionis ad instar, irrisio propinatur. Dator et  
humane conservator vite, tanquam homicidi re-  
us morti adiicitur. Ipse qui est criminum mun-  
dator, tanquam leprosus et immundus, extra vi-  
bis menia ad locum abiectissimum cum inquis  
crucifigendus educitur. Atque ibidem, qui venit  
omnia, denudatur, crucifigitur, et subsannatur.  
Non parcitur etiam mortuo, seductoris eum di-  
gnantur nomine. Nunquid rogo hec non sunt  
vel non videntur ignominiosa, que Christus fi-  
lius summus patris die hodierna pertulit? Mo-  
**p. 68.** tuit illud Davidicum dixisse: Tu scis imprope-  
rium meum et confusionem meam.

Ultra hec omnia cœlestis pater filium non solum  
subsannariodi et irrisioni, ac alijs id genus mole-  
stias, quas procaecis membris lingua humana effun-  
dere solet obiecit. verum ultra hoc, tormentis  
varijs et cruciatibus innumeris, ipsum exponere  
non dubitauit. Rapiens, impellens, mitissimus agnus  
caput sanctissimum spinea laceratur corona.  
Elegatissimus vultus eius conspuens, alapis ce-  
ditur, tornatile collum crebris ictibus defatiga-  
tur. Oculi sacri lachrimis exundant: Dorsum  
flagellis impetratur: Scapule pondere ligni cru-  
cis deprimuntur: Manus et pedes clavis con-  
figuntur, Totum insup corpus varijs torturis  
exponitur: Ita ut iure illud p̄si dñs dicere po-

**p. 37.** tuit. Vim faciebant qui querebant animam  
meam. Maximam siquidem vim faciebat, non  
solum in illis corporis partibus, que ad decorum  
vel ad opera vite exercenda concessa sunt, sed in

illis quoq; vim faciebat in quibus vita ipsa tam  
quam in radice & fonte esse a philosophis credi-  
ta est. Quidam enim sapientum vitam hominis  
in capite: in corde alij: in epate nonnulli, reliqui  
in sanguine consistere assueverat: in omnibus  
pariter his vim faciebant multo maximam. Al-  
tissime itaq; prouidentia diuinæ placuit ut sicut  
totum hominem saluum fecit, sic de toto se face-  
ret hostiam salutarem. **H E L I S E V S.** *Figura.*  
olim Typum huius retulit, dum mortuo incu- *4. regū. 1*  
buisset puerō, membra viua mortuis adaptādo:  
fecitq; illa omnia ideo ut spiritus in mortui cor-  
pus pueri remigraret. Non secus Christus do-  
minus noster facit, quo omnia vivificaret mem-  
bra, se totum quantus quantus fuit exposuit.  
Fuit itaq; passio eius non solum in omnib; mē-  
bris & per omnia mēbra sparsissima, quin insup-  
erat acerbissima. Dolor nanc; in singulis ipsi-  
us membris, intantum fuit acerbus, & intēsus  
ut nulli dolori alterius hominis conserri posse-  
cum apter complexionis nobilitatē & teneritu-  
dinem cum apter sensuum vivacitatem, maxi-  
me aut ob consolatiōis defectum. Solēt enim ple-  
rumq; dolores nonib; remitti, consolatiōis ad-  
hibito remedio, si adsit vel interne vel externe  
consolator, id quod sanctis martiribus nunquā  
deceatum fuisse credimus. Christus autem do-  
minus extra hanc cōmunem sortem fuit: Dicit  
enī scripture. Singulariter sum ego donec tran-  
seam scz ex hoc mundo ad patrem. Solus ipse  
morti subditus non erat: Solus ipse peccata  
mundi tulit, torcular calcando solus: et enī om-  
nes derelicto eo fugerunt. Laruit & interno cō- *p. 140.*

B

solatore? Clires etessi superiores sanctissimę ans-  
mę illius, diuinę vacantes cōtemplationi, suum  
non esfundeant inferioribus partibus gaudiū  
sed permiserunt eis pati, iuxta modum suū ip-  
sis possibilem. Certum est in alijs hominibus  
absorberi et immergi usum rationis, et tūc vide-  
m̄ eos in stuporem totos conuerti: Tel si adeat  
rationis facultas, sensui tñ compatit, vel sug-  
gerit spem de cito finiendo dolore: aut aliquam  
aliam adserendo cōsolatiōis lenitatem. Om-  
nibus istis dñs noster deſtitutus fuit leuaminib-  
us, adeo ut clamaret in cruce. Deus deus me-

p. 21. us ut quid me dereliquisti: nullam vezt conſo-  
latiōm reliquam faciendo, tam in genere quā  
in specie, que alijs hominibus per cōpassione  
superiorum cōceditur virium. In signum isti-  
us euangelista narrat, dominum dum oraret,  
auulsum et segregatum ab apostolis quātū est  
ictus lapidis: Ad indicandum, tantam esse inf-  
cruciatum eius et aliorum electorum distantia  
quantum distat purus homo a Christo. In ho-  
rum omniū admirationem et contemplatiōm sa-  
cro sancta Ecclesia nos manuducit, proponens  
nobis memoriam passionis Christi, et sue obla-  
tionis beneficij,

Hęc memoria non tñ dei patris erga nos, sed  
etiam filij eius admirabilem nobis contemplā-  
dam exhibet charitatem. Quod csm pater fieri  
sapienter preordinauit, filius grataanter et obedi-  
enter suscepit et ptulit. Pertulit sane paupertate  
miserrimam, ac deiectiōm abiectissimam.

Ex tribus porissimum colligere licebit quā inſi-  
me deiectus, quam contemptus et humiliatus  
fuerit dominus.

**P R I M O.** quidem ex alaparum & colaphos-  
rum percussione. Quicqz essi abiectissime sortis  
homines, ut sunt mimi, ioculatores & scurrae,  
si quidpiam designant seu admittunt, alapis &  
colaphis inflictis cedi solent.

**S E C V N D O.** Ex sputorium fōrdida & pu-  
trida in eum ejectione, tanquā in rem execrādā  
que horrore & nauseam suo aspectu hominibꝫ ex-  
citare cōsueuit. Et hic cōtēptꝫ priore maior fuit

**I A M T E R T I O.** Ex eo qꝫ cum latroni-  
bus, hominibus flagiosis & nefariis, morti  
adjudicatus fuerit. Et hic multo maximus pro-  
cul dubio fuit contemptus.

Habuit prēterea cruciatum & p̄c̄naliatatem gra-  
uissimam & hanc quidem triplicem.

**P R I M A.** Fuit in spineꝫ coronę capitū eius  
crudelissima impressione. **A L T E R A.** Fu-  
it, & illa maior, in totius corporis alligatione,  
denudatione, & acerbissima flagellatione, ad sa-  
guinis & scrophulusionem largissimam.

**T E R C I A.** Maxima in omnium membro-  
rum corporis sacri in cruce violentissima disten-  
sione, potissimum accidente huic dolori, pedum  
manū ac lateris crudelissima clavis cōfossione.  
Unde licet per compassionem ad membra sic ex-  
tēta se deflecteret, dolorem nihilominus, in vul-  
nerum loco sensibilissimo, & causam mortis sibi  
augmentaret. Esto dum distenta membra sic fie-  
ri permitteret, dolorem in grauissimum ex dislo-  
catione totius corporeꝫ compaginatiōis, sentire  
necesse haberet.

Eulit vltra hęc p̄dicta omnia, triplicem etiā  
paupertatem.

**QVARVM PRIMA** Magna fuit,  
q̄ ubi sine dolore, caput grauatum spinis, defle-  
cteret non inueniebat. **ALTERA** Ma-  
ior q̄ iuxta crucem stans, spoliatus vestibus su-  
is, quo nuda substantię nostrę membra tegeret  
non habuit. **TERTIA.** Maxima, q̄ nec  
vestigium pedis in terra habuit, sed ascendens  
in aera ibidem corpus exanimé aliquādiu pen-  
dere permisit. Hęc t̄ multo plura Christus Je-  
sus hodie pertulit: quę omnia multo ante tem-  
pore propheta lucide t̄ copiose cecinit dicens.

p. 21.  
Circumdederunt me vituli multi, Tauri pi-  
gues obſederunt me. Aperuerat super me os su-  
um, sicut leo rapiens t̄ rugiens. Sicut aqua ef-  
fusus sum, t̄ disp̄la sunt omnia ossa mea. Factum  
est cor meum tanq̄ c̄ tra liqueſcens, in medio vē-  
tris mei. Aruit tanq̄ testa virtus mea, t̄ lingua  
mea adh̄esit fauicibus meis, t̄ in puluerem mor-  
tis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me  
canes multi, cōciliū malignatiū obſedit me,  
Foderunt manus meas t̄ pedes meos, dinume-  
rauerūt omnia ossa mea. Ipsi vero cōſiderauerūt  
me t̄ inspexerunt me: diuiferunt sibi vesture-  
m̄a mea, t̄ super vestem meam miserunt sortem.  
Nam curiosus quispiam scire cuperet, vt quid  
tanta perpeti voluit gratia nostri? Peccata no-  
stra, t̄ delicia nostra, tantis malis t̄ cruciat̄i-  
bus Christo causam dederunt, ipse namq̄ solue-  
bat quę non rapuerat, vnde iure illud psalmiste  
dicere dominus potuit. In me transierunt ire  
tuę, t̄ terrores tui cōturbauerunt me. Huc re-  
z. Cor. 5. spicit t̄ illud apostoli. Eum qui nō nouerat pec-  
catum, pro nobis peccatum fecit. Hoc est nostra

p. 87.

peccata in eum posuit, ut nos efficeremur tustitia  
dei in ipso. i. ut iustificemur per ipsum.  
**Hoc etiam expendens BERNARDVS**  
in hunc loquitur modum. O bone Iesu quid ti  
bi et morti? Nos delinquimus et tu solus. Nos  
peccauimus et tu luis. Opus sine precio, gratia  
sine merito.

**E**cce dies inefabilis, misericordie et bonitatis  
dei. Dies, qua ostensum est quia copiosa apud  
eum redemptio. Et vere copiosa, quia per quin  
que corporis partes riuis sanguinis profluxerunt  
Copiosum inquam emanauit flumen, non in parte  
vna tantum, sed per quinq[ue] torrentes diuisum.  
De manu dextera, ut simus filii dextre dei. De  
manu item sinistra, ut nos a dyabolo vindica-  
ret, cui ignis eternus (ire seu vindicta dei que  
sinistra dei dicitur) paratus es. De pedibus,  
quatinus mortem et dyabolum sui exemplo co-  
culcaremus. Emanauit et id quod reliquum erat  
sanguinis vacuum aqua, de latere atque corde,  
in redemptionem et ablutionem nostram. Fuit insu-  
per tam copiosa, quia totius sanguinis et hu-  
morum illic erat euacuatio. Quam ad sui erga  
nos immense charitatis et dilectionis ostensio-  
nem factum est, cum interim ad nostre redemp-  
tionis restorationem gutta unica preciosi sui  
sanguinis satis esse potuisset. Aldin star libe-  
ralis magnifici negotiatoris egit dominus,  
qui inuenito precioso margarito, quicquid peccu-  
m consignatum in reposito habuit, saccum  
non religat sed rumpit. Non poterans nec pec-  
cuniam numerans, sed venditor totam expo-  
nit summam, ut quantum velit sibi capiat.

B ij

Corpus illius , quid aliud q̄ sacculus precioso  
sanguine plenus fuit : quem non expectauit vt  
morte cōmuni dissolueret (quę fit per diuortiū  
anīmę cum corpe) quin ipsum in partib⁹ quinq̄  
discidit, vt precium ⁊ thesaur⁹ pro humani ge-  
neris redēptione, verius effunderef q̄ numer-  
raref. Omnia quidem in pōdere ⁊ mensura  
deum fecisse sacrę testant̄ litterę , sanguinis sui  
effusione excepta. Nam numerum non seruat,  
quia non guttam vñā aut alteram effudit. Nō  
pondus custodit, quia non vñiam vnam, non  
libram appendit pro hominis salute: Nec attē-  
dit mensuram, calicē vnum offerēdo, verum to-  
tum sanguinem, nibil reseruando , vbertum ef-  
fundere pcurauit: quo cognosceret homo qua-  
ntum domino, quantum suo deberet redēptori  
qui hominis grā , nibil reseruare tam preciosi  
thesauri studuerit. Igitur quę die ista cum dño  
xp̄ nos acta sunt equum omnino est in iugi nos  
habere memoria: Misi ingrati ⁊ beneficiorum  
unmemores exhibere nos velimus. Atqui te-  
nemur omnium indiscriminatim bene memores  
esse officiorum, a maioribus, ab equalibus, a iu-  
nioribus etiam pceptorum. Multo validius  
peruo memorari oportet, eius in nos exhibita  
beneficia, qui ⁊ benefactor maximus ⁊ sup̄mus  
existit. Homines reliqui pleriq̄ sua cōmuni-  
care solēt beneficia, contemplatiōe retributōis  
Nam ēttusq̄ est, qui solius dei habita ratiōe  
id faciat: ⁊ non obsequij gratia vel humānę  
laudis cupiditate pcollectus, aut auaricia , siue  
vtilitatis cuiuspiam alterius, auida ratione:  
Christ⁹ aut̄ dñs non nisi, in his quę egit; nostri  
habuit rationem commodi.

Solent contribuerē alij his qui olim de se bene  
fuerunt meriti, vel quem ipsi suo dignū iudicāt  
munere. At Christus nihil horum vel aduer-  
tere vel facere voluit, q̄ omnia indignis, sua cō-  
ferendo. Dant alij bona sua, nēpe possessiones  
externas, nobis Christus contulit seipsum totū  
et cum antea omnia dedisset nobis, tandem et se-  
metipsum dedit pro nobis. Conuenit omnino,  
Et reuera, ut plus dicā, tenemur de tanto no-  
bis exhibito beneficio ceteris omnibus sanctis  
et dei electis vtpore veteris instrumēti patribz,  
magis grati esse. Illi nimirū pmissionem  
rūm ipsius habentes, non accipientes aut (dum  
interim in patrum limbum descenderēt) de dei  
pollicitatione illis facta, q̄ desiderij eoz que, p-  
mittebāt exhibitionem: gratos se exhibuerunt  
et multo magis nos oportet esse gratos: q̄ pmissi  
onum facti sumus compotes, ne illud nobis di-  
catur. Obliti sunt benefactorum eius.

In horum omnium signū, dñs noster, inclinato  
capite anteq̄z egisset animam, dixit, consumatū  
est. Non debebūt nos ab omniū horū que dicta  
sunt contēplatiōe auocare, terre naꝝ rex moles  
et occupatiōes. Nō difficultas, nō molestia, quā  
ex eoꝝ horrore que Christ⁹ passus est causari pos-  
simus, ex tali meditatione posse nos incurrere.  
Credamus pocius illis, qui contra omnigenas et  
admodum periculosas temptatiōes: mirificas  
inde consolatiōes, et remedia, ineffabilesq̄ cor-  
dis iubilos, reportarunt.

Sunt namq; res et cause multe, que nos inuitare  
ad hęc debebunt: potissimum tñ illud vnum es-  
q; se spontaneꝝ (vt verba thematis habent) pro-

ps. 77.

B. iij

nobis offerre voluit. Quam rem magnus ille in  
Lib. 4. ecclesia doctor **AVGVSTINV**S expēdens  
de Tri. ita dixit, neq; em̄ iure cuiusq; potestatis exu-  
ni.ca. 13 tus est carne, sed ipse se exuit. Nam qui posset  
non mori si nollet, proculdubio quia voluit mor-  
tuus est. Neq; em̄ cogentem se, dei verbū ha-  
buit, sine cuius potentia nec verbo concepit, nec  
peperit virgo, nec magos stella deduxit ad pse-  
pium. Sine illius qui dei verbum est virtute  
nec invalidorum defſicientiūq; mēbrorū facta  
est et consolidatio et innovatio, nec cęcorum il-  
luminatio, aut resuscitatio mortuorum.

Dic queso, quis omnipotens verbum per omnia  
patri ēquale cogere potuit? Nam et humana in  
ipso carnis conditio, non passa aliquid est neces-  
sitate, sed omnino libera voluntate. Sed nec pater  
compellebat ad passionem pręcipiendo. Repu-  
gnās quippe iusticie erat paterne, exigere a filio  
mortem, cuius non erat ille debitor alioqui iu-  
sticię inuerteret ordo et regula, si iustus cōpula-  
sus aliquid paciatur. Logi ad paciendū nulla  
ille ratione potuit, q; diuinitatem sibi presentē,  
et passionem refugientem omnem, ad manū ha-  
beret, iuxta illud, A dextris est mihi dominus  
ne cōmouear. Propterea omnia egit libere,  
atq; lussulit, quia quod patri placere, et omnibꝫ  
pſuturum esse agnouit, id sponte suscepit.  
Nec obedientia illa qua patris obsecundare se  
dicebat beneplacito, coactionem habuit, sicut  
nec patris mandatū coactiōis et compulsionis  
necessitatem. In hoc namq; pater filio manda-  
tū dedisse intelligitur, q; sibi, ut pro homine pa-  
ceret, inspiravit, beatissimęq; illi indidit animę

charitatē erga hominem, bonamq; voluntatē  
id faciendi, quę omnia ille acceptauit, hęc autē  
perfecta est et liberrima humānę obediencia na-  
ture, quando voluntatem suam liberrime diu-  
nę subq;cit et contemp erat voluntati, et dum ac-  
ceperam bonam voluntatem sine omni exactiōe  
spontanea libertate opere perficit. Licet igit̄,  
quę faciebat Christus, secundum mandatū pa-  
tris fecerit, libere tamē omnia fecisse censendus  
est. Psaltes siquidem id ipsum alludendo ex-  
pressit. Sacrificium et oblationem noluisti, au-  
res autē perfecisti mibi, Holocaustum pro pcc.  
cato nō postulasti, tunc dixi ecce venio.

In capite libri scriptū est de me, ut facerem vo-  
luntatem tuā deus meus volui, et legem tuam  
in medio cordis mei. Hinc est, postq; vti com-  
monstratum abunde est, dominus hęc indigna,  
libere et volens nostri gratia perferre voluit, ob-  
ligamur, obstringimurq; plurimū, memores il-  
lius esse beneficij. Et id quidem et si pro omni  
tempore, sigillatim vero die hodierna. Inquit  
etem L E O P A P A. Summū hoc et po-  
tentissimum diuinę misericordię sacramētum,  
scu mysterium, semp quidem in cordib⁹ nostris  
cum tota sui dignitate retinendum est, sed nunc  
vivaciorem animi sēnsum et puriorē exigit mēq;  
intuitum, quādo nobis non solum recursu tem-  
poris, sed etiam texu Euāgelice lectiōs, omne  
opus nostre salutis ingeritur, hęc ille.

Non solum autē euangelica lectio sed totum ec-  
clesiasticū officium passionem Christi nobis ob-  
oculos reposuit, ac sermonem specialem ecclesia  
facere consuevit, et licet alias crebrius eiusdem

Sermo 5  
hodier-  
ne diei.

Sermo.

I. I.

dominiꝝ passionis memoriōem facere soleat, die  
tāmē hodierna attentione ⁊ deuotiōe maiori tā  
rum beneficiū nobis expēdendum venit, Eodē  
**LEONĒ** dicente, Et si difficile sit de eadē  
solemnitate sepius digne apteq̄ dissērere, nō est  
tm̄ liberū sacerdoti in tāto diuinę misericordię  
sacramēto, fidelibus populis subtrahere sermo-  
nis officium, quū ī p̄a materia ex eo q̄ est inessā  
bilis, fandi tribuat facultatem. Nec possit defi-  
cere quod dicatur, de qua nūq̄ potest satis esse  
quod dicit: succubat ergo humana infirmitas  
glorię dei, hęc ille. Quia ppter non aliud reser-  
q̄ ut digne discam⁹, ⁊ fructuose audiēmus mo-  
dum ⁊ seriem passionis dominicę ⁊ reparatiōis  
noſtre, mirabili ordinatiōe diuinitus factā.

**Exodi. 3.** Legimus in Exodo, Mōsi mādatū fuissē a deo  
(dū ſe illi in mōte cōſpicuum exhiberet, Et ille  
gregē ſoceri ſui Jetro i interiora deserti ageret  
volenti viſionē rubi ſine ſui cōbūſtione ardenq̄  
cognoscere ) calceos pedum deponere.  
Erudit⁹ porro hoc p̄cepto dei fideliſ quilibet  
anima, quo ſe a terren⁹ evoluere ſtudeat affecti-  
onib⁹, gregemq̄ cogitationum animam a con-  
templatiōe remoratiū ad penetralia ⁊ pecto-  
ris interiora appellere ſatagat, nō permittendo  
mentein p̄ exteriora diuagari, quin ſeipam re-  
colligere ſtudeat ad cōtemplandā viſionē hanc  
magnam cū Mōſe, dominum vcz in rubo cruci  
igne charitaꝝ ſuccenſo, residentem, ⁊ humanī  
generis ſalutem operantem. Quia vero nō ſu-  
muis ſufficiētes quaſi ex nobisipſis hoc efficere  
Ad fontē igitur om̄is gratię recurramus deum  
patrem ſcz, vt per filij ſui amarā paſſiōem can-

Nobis gratię sue largitatem iūpartiri dignaret,  
Ea ppter deuota mente dicamus Pater noster

**O**blatus est quia ipse  
voluit. *Esa. 53.*

*Esa. 53.*

**N**ter plurima aut potius in  
numero alia bona, que Iesu Christi  
domini nostri glorioſa nob̄ cōtulit  
passio, non mediocre proſecto illud  
est bonum, q̄ cœleſtis illā accepta-  
uerit pāt, placidissimi vice ſacrificij  
q̄ diuina placata eft offeſa, attēſtāte *Ephes. 5*

Apoſtolo, Tradidit ſemetipum pro nobis obla-  
tionem et holiſtiam deo in odorem ſuauitatis.

Et ob id de Christi paſſione diſſeremus ut ē ſa-  
crificium, hystoricamq; narrationem eiusdem  
paſſionis, in tres diuidemus partes.

**P R I M O** antecedentia ſacrificij seu obla-  
tionem conſiderabimus.

**S E C V N D O** oblationem in ſe, cū ſuis  
attinentijs, cōcomitantijſve, proſequemur.

**T E R T I O** que hāc conſequēt oblatiōm  
ſiuſ conſequētia eiusdem oſtendemus.

**C**Um autem multipliciter Christi paſſio, oſlim  
in veteri teſtamento adumbrata varijs vni-  
bris et figuris extiterit, ita q̄ nihil actum eſt cū  
Christo, qđ nō p̄diciū lōge ante fuifſet: Nec  
aliquid p̄dicium de paſſione eius, quod nō eſſet  
completum. Unde et in cruce ſuſſixus pendens

dixit consumatū est. Iccirco in pgressu conciōis  
omni explosa curiositate multarū allegationum  
contextum euangelij pse quemui: cū insertione  
tamē scripturarum ap̄heticarū, quē in Christi  
passione complete sunt. At quia huius passiōis  
memoriam, iugiter representat et agit, iuxta  
Christi dñi institutum ecclesia in officio misse,  
innixa verbo diuino, hoc facite in meā comme-  
morationem, obiter indicandū erit, ubi aliqua  
pars Christi passionis in missē sacrificio repre-  
sentatur, cum annexione eorum in quibus imi-  
tari Christum pacientem debeamus, atqz hoc  
imitationis modo illi nos conformare.

Neqz em sufficit per fidē apprehendere Christū  
tanqz redemptorem et mediatorē nostrū, nisi  
etiam studuerimus vitam nostram ad vitā ipsi⁹  
I.petr. 2. componere, idipsum Petro testificante, Christ⁹  
passus est pro nobis, vobis relinqueus exemplū  
vt sequamini vestigia eius.

Circa primum considerandum est q  
in veteri testamēto, oblatiōm antecedentia.

Quēdam fuerunt ex sacerdotis parte,

Quēdam ex parte hostie.

Eodem modo in nouo testament o, secundū con-  
sonantiam quandā, p tempe passiōis Christi  
Quēdam p̄cesserūt oblatiōm ex parte Christi  
tanqz ratione ministri, seu sacerdotis.

Prepara Quēdā ex parte hostie, q̄uis idem fuerat, vt di-  
tio sacer- ctum est, sub illo tempore sacerdos et hostia.  
dotis le- Ex parte sacerdotis quidē in veteri testamento  
galis. plura fuerunt antecedentia.  
Talis enim sacerdos si erat extra locum sacrificij

hoc est habitans extra Ierusalem (vbi tantum  
lege præcipiēt, sacrificia offerre phas erat) exi-  
bat e domo mansionis suę et ibat in Ierusalem,  
ibiqz p̄ totū sacrificij tempus morabat, vt dicit  
**I E R O N I M V S** aduersus Jouinianū Lib. I.  
Neqz em̄ in omni loco offerre sacrificiū licitum  
erat in hibente deo, Laue ne offeras holocau- Deut. 12.  
sta tua in omni loco quem videris, sed in eo quē  
elegerit dominus. Quod etiam per Zacha-  
riam Joannis baptistę patrem, obseruatū le-  
gitur, Qui quum implesset dies offitiū sui abiit  
in domum suam. **A**danētes itaqz Jerosolimis Luce. I.  
sanctificabant se, id est in speciali sanctitate vi-  
uebant, abstinētes a vino et uxoriibus, mandate  
domino, Sancti estote quia ego sanctus sum. **E**ccl. 11.  
Hinc ascendebant ad templum, canticum gra-  
duum occidentes, ex institutione David.  
Deinde lauabant manus et pedes, cui⁹ rei ḡia  
lauacrum hoc est lauatoriū dispositum et or-  
dinatum fuerat in tēplo. Atqz bēc veteris le-  
gis sacerdotes sacrificaturi pr̄mittebant.  
Consona hijs, sacerdos noster homo Chri-  
stus Jesus, ingruente passionis hora, quam ab  
eterno pater pr̄esignauerat, accedere et appro-  
pinquare ad locum voluit passionis.  
Intrauit namqz Ierusalem, Typicum mandu-  
care agnum, quem in memoriam ex Egiptiaca  
liberati seruitute, quotannis edebant, qui etiā  
adumbrabat Christi futuram immolationem,  
pter liberationem a dyaboli tyrannie et serui-  
tute. Ibiqz existens, sacramentum nouę legis  
instituit, nouum et admirabile. Ibi humilitatē

exhibuit et docuit ineffabilem, discipulorum pes-  
des lauando, et sigillatum proditoris sui, quem  
tanta magistri humilitas ad penitentiam ne-  
rantillū quidem emollebat, ut etiam inde ma-  
ximam dñs habuerit animi molestiam, idcoqz  
omnem quasi mouens lapidem, omnibus in cō-  
mune audientibus, proditori dixit.

Amen dico vobis quia unus vestrum me  
traditurus est. Et licet probe nos sit proditorē,  
eque ut factum eius nebandum, non tū malis-  
ciam eius aut nōmē perstringit, publicando p-  
sonam ipsius, Conscientiā tantū illius tangit,  
ut sic vel a nefario consilio desisteret.

Deinde. Hymno dicto, id est facto sermone  
consolatorio ad apostolos, et oratione, partū gra-  
tiarumactoria et cōmendatoria, qua patri com-  
mendauit apostolos et totam ecclesiam, Quem  
hymnum representat prefacio quam sacerdos ca-  
noni misse premittit.

D̄efacio  
qd rep̄sē-  
rat i mis-  
se officio  
Joan. 18. De ciuitate tādem Ierusalē Egressus est cum  
discipulis suis trans torrētem Cedron, ubi  
erat hortus i. ad mōtem oliuarum in quem  
introuit ipse et discipuli eius, non proprie-  
ter ocultationem, sequit̄ em̄ in contextu. Seiebat  
autem et Judas qui eradebat cum locum;  
quia frequenter Jesus conuenerat illuc,  
cum discipulis suis. Sed ideo introuit ibi,  
ut sine tumultu et seditione capi posset illic, ubi  
eset absqz turba solitarius. In ciuitate siqui-  
dem timentes turbam, quū attentassent in eum  
in̄cere manus, qā sicut p̄phetā cum habebant,

Math.  
21.

Vlm inferre non audebant. Solitarium ergo  
locum querit dñs, vt ne vnam quidem eius oc-  
cidendi tanq; sediciosum, haberent occasionem  
**E**t exiuit, non in quolibet locū, sed in mon-  
tem olivarum vt ex ipso captionis loco ostend-  
deret, q; virtute & affectu misericordie, oparetur  
generis humani redemptionem, quam quidem  
misericordiam oliua significat, iuxta illud apo-  
stoli, secōdū suā misericordiā saluos nos fecit. ad titū. 3  
Prīusq; eo ad locū pueniret, ad disciplos dicit.  
**O**mnes vos scandalum paciemini in me matb. 26  
in nocte ista. i. omnes vos qui adhuc pusilli marci. 14  
estis in fide, ruine occasionem accipietis, ex his  
que sient meū, vnde **B E R N A R D V S**  
Scandalum pati in Christo, est cadere ab eius  
fide & sequela.  
**E**t dicit in me i. ex mea infirmitate, qua tanq;  
ignarus futurorum tradar, Capiar tanq; im-  
potens presentium, Illudar & accusabor tanq;  
reus malorum. In ista nocte, quando nō solū  
lucis exterioris occasus, sed vera lux que illu-  
minat omnem hominem venientē in hunc mū-  
ndum, sue claritatis videbitur pati occasionem, hec  
**A L B E R T V S.** vt aut̄ huic prædictioni  
fidē adhiberet adduxit ap̄phete vaticinū dicens  
**S**criptum est enim, Percutiam passorem  
i. percuti Christum permittam, qui est verus  
pastor & bonus et dispergentur oves gregis  
sic q; humano timore, unusquisq; recipiet se in  
viam suam, nec remanebit unus cum alio.  
hoc aut̄ secundū **I E R O.** Christus ex spe-

Zachas.  
130

ciali sua predixit misericordia, ut cum id passi  
fuisserent, salutem non desperarent, sed agentes  
penitentiam reuerterentur. Unde et pro eorum  
consolatione adiunxit Postquam autem sura  
rexero præcedam vos in Galileam. Sed  
ut H Y L A R I V S ait, Petrus int̄im⁹  
et affectu et charitate Christi esserebat, ut et im-  
becillitatem carnis suę et fidem verborū dñi nō  
contuerebat, quasi dicta eius efficacia nō essent,  
ideo respōdit Et si omnes scandalizati fue-  
rint in te, ego nunquam scandalizabor.  
Quod Petrus loquit̄, mendacium non est, sed  
temeritas quedam, ex seruore dilectionis, mi-  
nus sapienter loquentis. Accepit enim fiduciam

Joan. 6. ex eo, q̄ quū multi retro abirent, dicente Iesu  
paucis, qui remanserant, Numquid et vos vul-  
tis abire? cui Petrus, ad quem ibimus, verba  
vitę eternę habes. Et quia tunc quod promis-  
erat prestiterat, putabat se in eternum non com-

ps. 124. mouendum, quia scriptum est. Qui confidunt  
in domino sicut mons Syon non commouebit  
in eternū. Amor nanc⁹ dei int̄im⁹ inflamerat  
eū, ut de nullo alio min⁹ q̄ de abnegādo Christo cogitaret. Sed tñ ut inquit B E D A  
dum hoc Petrus ex ardore fidei promittebat,  
saluator utri deus futura nouerat, vnde ait illi  
Amen dico tibi, quia hodie in hac nocte  
prius quam gallus cantet, ter me negabis.  
Quorum verborū hęc est summa, Tu petre pre-  
sumptuose promittis, cauere scandalū et ruinā,  
me relinquendo apter humanum timorem, Ego

vero dico tibi, q̄ tu hac nocte, ter me es negatus.  
In hac nocte sūt, non post annum aut  
duos, Et id quidem priusq; gallus primam vo-  
cem dederit, negare me incipies, semelq; et iterū  
ac tertio hoc facies. Nec attendit Euangelista  
quo tpe negatio cōpleta sit, sed quādo inchoata  
fuerit, Nam ante primum galli cantū negavit  
semel, Iterum post primum et ante secundū ne-  
gavit eum bis. Petrus autem importunita-  
tis temeritate laborans, amplius loquebatur  
Etiam si oportuerit me mori tecum non  
te negabo. Idem seruor et reliquos tenens a-  
postolos, ad cōmendandam suam constantiam  
incitabat. Unde sequitur Similiter et om- math.26.  
nes discipuli dixerunt. Tunc veniens cum  
illis in villam quæ dicitur Gethsemani  
reliquit ibi octo discipulos dicens eis. Se-  
dete hic donec vadam illuc et orem. Sedere  
ingt prestolates meū ad vos redditū ab oratiōe,  
Non moueamini, sicut nec corpe ita nec mente  
Discipuli eīm indiuisibiliter Christū sequebant  
nunq; illum nisi iussi relinquere volentes.  
Porro q̄ secedit ad locū sequestrando se ab alijs  
docet nos in oratione quietem querere mentis  
ēū dixit sedete Et assumpto Petro et duo- math.26.  
bus filiis Iebedei coepit contristari et moe-  
sus esse. Tres nominatos secum accepit, tanq;  
magis secretorum suorum cōscios: quibus ecia  
in monte Thabor claritatem vultus sui ostendat:  
vt qui gloria viderat, videret et tristia:  
Qui alta cōspexerat, et humilia quoq; cerneret.

E

Quibus dixit. Tristis est anima mea usq; ad mortem/ id est Tristitia multo maxima, quæ morti persimilis est, quæ etiam ad mortem articulum & non amplius durat, me afficit.

Figure i Mplef hoc loco Typus in David adūbras plerio. **I**rus, dum persecutionem filij sui Absolomis fugeret: ait nāc sacra hystoria. Egressus est rex & vniuersa domus eius pedibus suis, & omnes flebant voce magna, & vniuersus populus transibat. Rex quoq; transgrediebat torrentem Ledrō. Et infra: Porro David ascēdebat clinū oliuarum scandens, & flens, nudis pedibus incedens & opero capite. In hunc fere modū licet iam non vmbriatice, sicut in dauid agitur cum Christo. Exit em trans torrentē Ledron, apte maliciam populi sui iudaici, quæ filij vice semp amabat, ille tñ supplantare Christum conabat. Exiuit de Jerusalem, cum domo sua, idest apostolis, flentibus id est tristibus. Et ipse ibat recto capite, occultando diuinitatis vigorem, que fuit superior, & latuit in passione Christi: prout ps. 139. cōcinerat idem David. Obūbrasti super caput meum in die belli. Pedes autē detexit, quia infirmitates humanitatis suę manifestauit.

Rep̄sen- **H**ec meditanda in officio sacrosancte missæ tato supi nobis offeruntur, quando sacerdos finita us dictio presatione (quæ vt dictum est Christi sermonem rū in mis̄ post ceenam significat) & se se sacerdos a dextro sa. altaris cornu versus sinistrum procedendo profunde inclinat. Ibat namq; Christus demissō vuln̄, pallescēs & tremēs p̄e passionis horrore,

**S**uper meditandum, quomodo Sacerdos  
noster Christus, se preparabat ante Immola-  
tionem hostię, hoc est sui ipsius, exequendo. Sed  
multo alter ille ac veteres exhibant sacerdotes  
legis, ut se sanctificarent. Exhibant quidē illi de-  
domibus, valedicentes filijs familię in domo  
Et cum alij ibant, fiebatq; istud cū gaudio.

Iabant nempe ad honore, ad officiū honorificum  
implendum: ita q; etiam rex Dñas illud sibi  
v̄surpare contenderet. Erat pr̄terea utile os-  
ferenti: Tollebat nanq; sacrificans commoda,  
et oblatiōes, quę obueniebat ex p̄scripto legali.

Moster aut̄ sacerdos valedicēs patri familię  
octo sc̄z apostolis, quos ad montis radicem reli-  
querat, cum tribus ibat: et quidem cum tristitia  
tā sua quā ap̄stoloz, qui ipsum erāt ammissuri.

Agnoscentes eīm veritatem omnīū eius ver-  
borum ex p̄ecedentibus actis, haud poterant  
dubitare, sufficient omnia que p̄dixerat cōpleri.  
Tristabat etiā et Ch̄rūs, qđ ex verb̄ et testio illi  
notū est. Meditabat anima nostra redēptiōis nr̄e  
modum: Intatutum nanq; voluntarie Christus  
passus est, vt a se pati inciperet, voluntarie m̄  
tristiciam suscepit. Prima nanq; peccarum  
fuit tristitia et paor, testificante Euangelista  
**C**oepit contristari et moestus esse. Verisimi-  
lc est dominum p̄pter tristicię magnitudinem,  
nunc ad hunc, nunc ad aliū se conuertisse apo-  
stolum: cū facere solēt egrē adfecti, q ex odio  
nunc hunc nūc illum capiūt locum: replicasseq;  
verba ista, Tristis est anima mea usq; ad doctrinā  
mortem. Discamus et nos in his per medita-  
tionem Christo conformari. Postquam enim tōnis.

L q

sacerdotes euāgelici sacrificaturi sūt de cīitate  
exire stu deāt, hoc est de tumultu cogitationum,  
habeātq; pro peccatis tristitiam p̄prijs, per con-  
tritionem veram & confessionem. Gerant etiā  
pro peccatis alienis luctū, ipsorū em̄ est peccata  
populi portare. Meditandum est. Quid de-  
signet q̄ Christus oblatus sacrificiū voluit  
ire in hortum per torrentem Ledron.

Sane per hoc ostendebat, quid satisfaciebat  
pro peccato in horto paradisi cōmissō. Ibatq;  
p̄ torrentē Ledrō ad innuendum q̄ ad delicias  
paradisi cœlestis, non nisi per torrentē tribu-  
lationum & luctum peruenit, iuxta illud.

**Actu. 14.** Per multas tribulationes oportet nos intra-  
re in regnum dei. Nec solis sacerdotib⁹ hoc  
faciendum iniungitur: Iniungitur omnib⁹ in  
commune, qui missę assistimus, Et spirituales  
offerre hostias intēdimus, Sacrificium laudis  
scz & iusticie, operaq; bona: alioqui non p̄derint  
nobis hec nisi etiam carnem nostram mortifi-  
care studuerimus,

**Petri: ia** Insuper quid est q̄ Christus tres nominatos  
cobi & io- secum adesse voluit: nisi q̄ hec trinitas Petri  
annis no Jacobi & Joānis nomine significata necessaria  
mine qd est homini in arduis constituto negotiis. Ne-  
significe cessaria em̄ est agendoz noticia que perfundat̄  
tur. vero lumine fidei, Petri nomine expressa. De-  
inde debellatio & supplantatio viciorum id qd  
Jacobi signat vocabulum: ac assistens grā spi-  
ritus sancti quam Joannis nōmē denotat. Quis  
em̄ iussa diuina pficiet nisi pri cognoverit quis  
impedit in p̄gressu, quia satban: Et nisi cogno-  
uerit alia necessaria. Sed id sine grā dei fieri  
nullo potest modo, que scientiam adiuuat.

Mec illa sufficiunt, sed requirit mortificatio  
carnis, et abnegatio proprie voluntatis.  
Hoc erat itaque menti nostrae hic exitus Christi  
dolore plenus, cum egrederetur de Jerusalem cum di-  
scipulis suis.

**S E C V N D O** legales sacerdotes preparabant se, psallentes cantica graduum, iuxta secunda. Preparato-  
rabant sese, psallentes cantica graduum, iuxta secunda. Quindecim gradus, quibus in templum ascen-  
sus patebat. In quolibet enim gradu, inchoando  
a psalmo Ad dominum cum tribularer, quia in  
primo gradu decantabat, usque ad quindecim psal-  
mos, a levitis et sacerdotibus successive ascendendo  
depromebanter. Eodem quoque modo et Christus  
sacerdos noster preparabat se se orando, ante pas-  
sionis suae agonem. Narrat namque Lucas, ex Luce. 22.  
Christus colloquendo cum illis tribus, venit in  
montem, ibique iterum ab illis secedit quantum  
iactus lapidis, eo quod orationis tempore ab amicis  
simis et intimis recedendum est, ne gementem  
et suspiria alta trahentem audirent.

Et sicut Moyses, quasi tribus ad deum gradi-  
bus appropinquabat: prescripsit enim ille circa montis radicem certam intercapelinem seu di-  
stantiam in modum limitis, prohibens populo ap-  
propinquationem, dicens in hunc modum.  
**F**igura. Exo. 9.  
Eauete ne ascendatis, omnis enim qui ascenderit  
morte morietur.

**S E C V N D O** cum paucis concendit montem.

**T E R C I O** etiam ab illis auctus, caliginem  
solus ingreditur. Sic et Christus.

**P R I M O** populum totum, se comitari soli-  
cum dimisit, apostolos tantum accipiens. **F**igura  
**d**aptatio.

**S E C V N D O** paucos , q[ui] tres ex eis accepit. **T E R C I O** illos etiam dimittes solus ad orandum patrem accessit, quib[us] ita dixit, sequestrando se ab eis. **Sustinet[ur]e hic et vigilate mecum ut sciz percipiatis omnia sa-**

**Mat. 26.** **Luce 22.** lu[is] vestre mysteria. **Orate ne intretis in tentationem** Dyabolus enim adest paratus ad tentandum, habens se instar venatoris extensis rhete, ad capiendum feras: pinde ne in casses eius incidamus, instantum est orationi.

**B E R N H A R.** Non ait ut nō tentemini sed ne intretis in tentatiōem: id est ut tentatio vos non supereret, nec tencat intra suas casses: Vnde tunc orandum est. Sicut enim fur auditu clamore fugit, viciniq[ue] ad auxilium ferendum excitant, ita clamor orationis dyabolum fugat & angelos atq[ue] sanctos adsuccurendum incitat.

Unde qui in temptatione non orat, socius furū est, intelligētiā habēs cū eo, & p[ro]ditor dñi sui, videns enim fures & insidias paratas ad oppugnandā dñi sui arcem, nec tñ amicis vel ipsi domino arcis denūctiat insidias, qno veniant ad defendendum arcem. Proinde sic dixerunt se mores Jabels Galaad ad Maas obsidērem eos

**I. reg. 11.** Lōcede nobis septē dies ut mittamus nūctios ad vniuersos terminos Israēl, Et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Et misserunt nūctios suos ad Saul & liberari sunt.

Ita nobis instantum est in temptationis certamine. Orationibus vacandum, que quanto sunt secretiores tanto sunt acceptiores, Et idco dñs,

**Luce 22.** Annul[us] est ab eis quantum iact[us] est lapidis

Quasi dicat euangelista discipulos non sponte **Mat.** 16  
relinquisse dominum, sicut dum dimitteret eos per  
cedere trans fretum

Et positis genibus procidit in faciem suam  
orans et dicens. Pater mi si possibile est  
transcat a me calix iste. Verum non si-  
cuit ego volo sed sicut tu.

**L E O P A P A.** non est estimandū, quod do-  
minus Jesus passionem et mortem (cuius iam di-  
scipulis sacramentū tradiderat) voluerit decli-  
nare, cum ipse beatū Petrum Apostolū deuota  
fide et charitate feruente, aduersum p̄secutores  
uti gladio vetet, dicens: Calicē quem dedit mihi  
pater non vis ut bibā illum. Certumque sit quod **Joan.** 3.  
Dns ipse testatus sit dicens. Sic deus dilexit  
mūndum ut filium suum unigenitū daret, ut om-  
nis qui credit in eū non pereat sed habeat vitā  
eternā. In saluandis hominibus cōmunitas  
erat voluntas patris et filij, cōmuneque cōsilium,  
Nec potuit ratiōne turbari, quod ante eterna se-  
cula et misericorditer erat dispositum, et incom-  
mutabiliter dissinitum. Sed quia ille sicut verū  
totūque assumpsit hominē ita assumpsit veros et  
corporis sensus et animi affectus. Et propter hoc  
dicens, pater si possibile est, nostre vtitur voce  
nature que fragilis etre p̄sistans in aduersis,  
vultus naturali appetitu priuū cōmodū adesse  
Sed quia iterū voluit Christus, quod licet voluntas  
priuata aliquid priuatū velit, tamen voluit quod homo  
sit rectus et ad deum directus, ideo subdit.  
**N**on sicut ego volo secundū vēct humānē na-

turę affectum naturalem. Sed sicut tu hoc es  
fiat voluntas tua. L E O P A P A.  
Discant ergo hanc vocē omnes ecclesię filij mag-  
gno precio redempti, grati iustificati: et cum ad-  
uersitas violenta alicui⁹ tentatiōis incubuerit  
pr̄esidio potentissime oratiōis vtant̄. Ut separa-  
to tremore formidinis, accipiant toleratiā pas-  
sionis. Et surgens ab oratione. Venit ad di-  
scipulos suos et inuenit eos dormientes, et  
dicit Petro Corripiēs eum, quia p̄e ceteris se  
non scandalizādum gloriabat. Simon dor-  
mis sic non potuisti una hora vigilare me  
cum. Simon quod interpretat̄ dolor meroris,  
nō Petre, nō em agis id qđ solide petre ē, si id qđ  
est merore grauati. Qm̄ vero oēs alij discipli id  
dicebāt om̄i infirmitatē arguit dices. Ut quid  
dormitis, surgite, vigilate et orate, ut non in  
fretis in tentationem, spiritus quidem q̄ est  
superior pars hominis ad imaginē dei insignita  
Promptus est ad tolleratiā caro autem in-  
firma quę corrupta sit, deprimit, et aliquan-  
do vincit spiritum. Et hec quidem secundum.  
H I L A R I V M nō de se vixit, sed ad eos  
hic sermo conuersus est, quia in ipso caro nō de-  
primebat spiritum, sed subdita fuit ei in omnib⁹  
Nec quicqđ in eo fuit infirmitas, nisi inquantū  
spiritui placuit. Iterum secundo et tertio a-  
bīst et eunde in sermonem oraūst.

Doctrīa.

H Ac p̄emissa admonitiōe, docet nos orare qđ  
Iseu eranter, ut liberemur a malis, et ut obti-

neamus a præteritis peccatis venia a presentib⁹  
malis tutelam, et a futuris periculis cautelā seu  
acutatam et diligentem custodiam.

figu.ora  
tiois Lri

**E**cce quomodo propheta magnus qui in nobis fit.  
surrexit, repetitis vicibus cum Ihesus instantis. 3. reg. 19.  
sime procumbit.

**E**cce David speciosus pre filijs hominum, et sor figu.ad-  
tis viribus, Petrum cum suis cōdiscipulis dor monito-  
ritate velut alterum Abner cum cōmilitonib⁹ nis aplo-  
obiurgat severius.

rum.

Quisq; fidelis profundā hanc Christi humilitatem 1. reg. 26.  
meditari studeat ad inclinatiōem sacerdoti post absolutam presatiōm, et crucis osculum, dum medita-  
stando incipit canonē orare sursum eleuatis ma tio humi-  
nibus dicens Te igitur clementissime &c. sti i missa litatj Lri

Vide o anima devota flectentē et geniculatē  
Jesum, in cuius nomine legim⁹ vniuersam mū  
di machinam, celestium terrestrium et inferno-  
rum sc̄e incuruantem. Respice in facie Christi  
tui, prostratam in puluere, in quam tanq; in  
lucis eternae candorem et speculum sine macula,  
desiderant ipsi angeli prospicere. Vide domi-  
nū cœli in terra reptantē, ut merearis illum in  
cœlo super Cherubin residentem: et cum Ste-  
phano a dextris virtutis dei in cœlo statem, cō-  
templari.

3. petri. 1

Acto. 7.

**C**onformemur Christo ut peracturi passionis Doctri-  
mysteria vel Eucharistie suscepturi hostiam na cōfor-  
(que dilectionis Christi precipuum est monumē. matiōis  
tum) orationes nostras, que sunt quēdam ppa in ofone.  
ramenta, obmittere caueamus. Lenturionis p.

sertim illam humilitatis plenam pre<sup>c</sup>ationem,  
**Mat.** 8. Domine nō sum dignus ut intres sub tectū meū  
**Luce** 18. um rc. Uerū caueamus in orādo, ne instar pha-  
risei iusticias nostras iactitem⁹ presumētes de-  
nobis. Ne insuper vota nostra a patre luminū  
**Marci** 6 cum filia Herodiadis, plus iusto extorqueam⁹,  
quēadmodum nec Christus id fecit, sed humili-  
me ut decuit, paternę submittebat voluntati.  
Uideamus intime aduertētes, q̄ nec nostri in  
tot angustijs, ut mater filiorū vteri sui, obliu-  
sci potuit. Visitabat nāq; discipulos, docēs nos  
sibi in hoc cōformari dcbere: quatenus sc̄t nos  
vicissim dei non obliuiscamur, nec mutuo alter  
alteri⁹: sic em̄ grata ⁊ accepta futura est oratio  
nostra. Et hēc de secunda p̄paratione.

**Tertia p̄ T E R C I O** Sacerdotes Mosaici ad offere  
paratio. dum se accingentes, in aeneo lauabātur labro,  
sine labio. Idē fecit suo more sacerdos Christ⁹  
lauit nāq; se ante victimam. Uideamus autē  
⁊ penitus introspiciamus, quale lauacrum ha-  
buit: Sudor nāq; sanguine⁹ illi lauaci vice  
extitit. Narrat em̄ Euangelista q̄ inter orādū  
**Luce** 22. tertio Apparuit ei Angelus de coelo con-  
fortans eum. Et ex ista quidem confortatiōe  
tristitia sua imminuta nō fuit sed factus est in  
agonia id est, affectus fuit ⁊ circūdat⁹ magna  
angustia: ut exemplū relinqueret agonisantib⁹  
**puer.** 18 recurrendi ad orationis suffragium. Prolixius  
orabat. Scriptū est em̄ turris forūssima nomē  
domini, id est, ihuocatio nominis diuini ē sicut  
fortitudinis turris. Ad ipsam currit iustus ⁊  
exaltabitur,

**E**t factus est sudor eius ex angustia agonie  
expectate mortis, profusus emanans guttae sa-  
guini, unde subdit sicut gutte sanguinis que  
angustia de ipsis etiam venis extorserat. Decur-  
rentis in terram Fuerunt namque tam multe gut-  
te, ut per vestes eius stillaret in terram. Et hec  
fuit secunda effusio sanguinis, quem pro nobis  
saluator fudit. Prima enim fuit in circuncisione,  
Hec Secunda. Tertia in flagellatione et spinarum  
impressione. In conclavatione quarta. Quin-  
ta in apertione lateris. Nec solum in horto suda-  
uit dominus, sed etiam lachrimas fudisse cum legimus.  
Nam Glosa super illud Trenorum 3. Diui-  
niones aquarum deduxit oculus meus, dicit, quod  
Christus in passione lachrimas fudit, quoniam factus  
in agonia prolixius orauit. En Christi domi-  
ni nostri preparatio ad sacrificium per lotionem.  
Fuit tamen hec diuina lotione a sacerdotiis legalium ba-  
ptismatibus, lotionibus, valde diversa. Illi  
namque manus et pedes lauabant, hic totum irri-  
gat corpore. Illi aqua, iste sanguine preciosissimo  
quem tam copiose ut praetacrum est effudit, quod in ter-  
ram uberrime deflueret per vestes inadefactas.  
Illi sorores detergebant, suaque inhabilitates ad  
ministrandum eluebant, et pulchiores ex hoc ho-  
minibus conspicendi reddebat. Iste nullas sor-  
ores quas elueret proprias habuit, totus enim ca-  
andidus et rubicundus per charitatem, sororis tamen tur-  
pior factus est hominibus per sanguinei sudor  
expressionem quisquis eum pro illo cum intuitus  
fuisse tempore, speciosum iudicare ob sanguinis  
tincturam non valuerit. Illi iocundiores redi-

1.

2. 3.

4. 5.

Treno. 3.

debantur ex lotione. **I**ste mentis ingentem patitur concussionem tristiciam ve, que sudore sanguineum eliquavit. **O** Christe quam abominabilis tua extitit hominibus oblatio et quā exacerabilis, te deturpās in cōspectu hominū, cum tam horrēda et tristis, p̄cedens eam, tē facit ita abominabilem lotio. Adiuuare igitur digneris nos p̄fissime Iesu gratia tua, ut accessuri ad celebrandū exhibendūq; tibi sacrificiū, vel p̄ nos, vel p̄ ministros tuos sacerdotes. Lauem⁹ nos ante: non tam aqua lauatorij, q̄ lachrimarū fluminibus ex intimis pectoribus nostris p̄ manantium. Largire p̄fissime Iesu, ut huius tui sudorū, in hora nostrę mortis meminisse pos simus, quo cōtra horrorem mortis animari valamus. Et quo cōtra omnes tentationes dyaboli securi tunc existamus Amen.  
Et bēc de preparatiōe ex parte sacerdotis ante oblationem.

**T**N nunc videndum est de antecedētibus oblationem ex parte hostiæ offerendæ.  
**I**n veteri lege hostia immolāda adducebat̄ in Ierusalem. Probabat̄, et suscipiebatur. De agno quidem paſchali habet̄. Quod sumebat̄ decima die mensis primi, et seruabat̄ usq; ad quatuordecimā diem ubi immolabat̄.  
In alijs aut̄ oblationib⁹ animal seu hostia sumebat̄ de armēto vel aliunde, p̄ eum qui offerere voluit sacrificium, et adducebatur ad ostium tabernaculi: ponebatq; manum sup caput hostię illius, ad ostendendum, q̄ offerens illud animal renunciabat iuri quod habebat in eo,

Figura.  
Exo. 12.

Per hoc insuper ostendebat suam oblationem esse  
spontaneam et voluntariam. Vel ponebat manum,  
ad denotandum quod homo dignus esset occisiōe pro  
suis peccatis, cuius loco tale offerendū erat oc-  
cidendum. Secundo probabatur hostia illa  
per sacerdotes, an oblationi fieret apta, siquidē  
animal immolandū per omnia mundū, integrum  
in membris, non languidū, non debile (non co-  
taminatū per concubitum cum animali alterius  
speciei, vel inquinatum ex contactu immundae  
rei) esse debuit. Inducebatur autem in unā templi  
exedra seu cameram vel caulam secretam, ubi  
animalia munda asseruabantur, tamen autem, usque  
venire tempus et hora, mactandi illa in holocau-  
sum aut sacrificium domino.

Consimili instituto Christus vera hostia, qui per Adapta-  
spūm semetipsum obrulit immaculatum deo, du-  
ctus est, instar animalis immolandi in Ierusalē Hebre. 9.  
quamvis non eodem intentiōis proposito. Brutū  
enī ex eo quod ratiōis lumine careret, et voluntatij  
ysum non cognosceret, ideo nec volens deduce-  
bat ad victimam. Christus vero voluntarie  
se duci permisit, immo ad deducendum se obrulit

Animali mactando nulla vis irrogabat dum  
ducere vel portaretur ad immolandū, Christo  
autem vis et quidem maxima inferebatur. De qua  
re Euangeliſta in sequentibꝫ narrat. Tunc ve-  
nit ad discipulos suos. tunc videlicet cum co-  
gnouisset et certus esset de omnibus que in cui-  
tate de ipso tractabantur, et quoniam Judas iam  
iam appinquaret cum cohorte geritilium militum,  
quorum partes erant cōquirere sones, et cōqui-

Mathe. 26

sitos mancipare per manū publicam, et offerre  
præsidi, qui etiam cohoret Judæ tradidit suam  
In maius q̄nt fulcimentū sacerdotes atq; pō-  
tifices, ministros suos eidem adiungunt: Et ne-  
quispiam tāq; seruantibus publice potestatē le-  
gittimū ordinē, obſtēre auderet. Venuit ergo  
**Ioan.** 18 cum lathernis et facibus ut Christū intra no-  
ctis tenebras agnoscere possint, et ne ipſi impin-  
gerent in caligine nocturna. et armis pro defen-  
ſione aduersus obſtētes. Christus aut̄ sub id  
**Luce** 22. temporis remens ad discipulos Inuenit eos  
zdat. 26 dormientes pre tristitia. Et dicit illis domini  
**Luce** 22. te iam et requiescite. Et iterū ait illis. Quid  
dormitio sufficit. neq; em dorminēdi tempus  
**Mat.** 26 est, inimico a, pinqāte Ecce appropinquat  
hora et filius h̄ominis tradetur in manus  
id est potestatem peccatorum Dicens manus  
peccatorum, palam innuit, hoc opus quod ipse  
faciebat erat ipsorum nequitie, et non q; ipse de-  
licio obnoxias esset. Dicit noranter in manus  
peccatorum: ob hoc q; ipse ppter peccatores trade-  
retur. A peccatore Iuda traditur in manus pec-  
catorum, incircūcisorū corde iudeorum. Tradit  
et deinde ab eis in manus peccatorū gentilium.  
**Surgite ergo eamus nō dicit, fugiamus ini-**  
micos, sed eamus, cōstantiā p̄fſerētes et oſte-  
dentes, ne nos inueniant inimici quasi latitan-  
tes ex timore. Ulro p̄gamus ad mortem,  
cōstantiā et gaudium mei passuri videat, ut pas-  
signem omnino voluntariā esse meam agnoscat  
de me liquidem scriptū est p̄ prophetam dicente,

Oblatus est quia ipse voluit. 7e.

Talis promptitudo et constantia omnino no**n** doctrina  
bis est necessaria, ppter hostes inuisibiles, qui si  
faciem animi per exteriora signa agnoscere pos-  
sunt, palete scit ex timore. Et occasioe huiusmodi  
trepidationis nostre, animant, sumuntq; au-  
daciā, credentes et sperantes nos in tentatioe  
victuros. Ubi vero nostram perspexerint, au-  
daciā atq; constantiam, de sua illico spe cadē-  
tes, animū deiciunt, audaciaq; ipsorum depri-  
mitur. Per sepe cū cōpertū est, plus pr̄stis-  
se in bellicis congressibus audaciā, quam fer-  
reos ictus timore percussū. Omnem quippe  
confundit demonem promptitudo bene agēdi  
et animositas a maloq; cauēdi diligētia: ac oia  
pacienter tollerādi audacia, infirmat et cōterit  
eorum machinamenta: ppter ea Christ⁹. Surgi-  
te inquit eamus, vt tam visibiles quam inuisi-  
biles inimici confundantur. Et adhuc eo lo- Mat. 26  
quente ecce Judas vn⁹ ex duodecim venit  
Non frustra aut Euangelista Judam vnum ex  
duodecim adducit, Id quidem facit ad maiore  
p̄ditoris redargutionē, qui cum esset de primā-  
rio discipulorum ordine, cōtra dñm impie in ra-  
biem versus est. Iste ergo venit, Et cum eo  
turba multa cui dederat signum dicens,  
quemcumque osculatus fuero ipse est tene-  
te eum Habebat vel in hoc, quantū colligere  
licet, aliquid de verecūdia discipuli, q; eum non  
palam tradidit sed per signum osculi.  
**O R I G E N E S.** Dignū inquit est querere  
quam job causam cum palam docuisset Jesus

per singulas ciuitates: et vicos et sinagogas p-  
dicans Euangeliū verbum, ita ut fama eius exi-  
ret in omnem regionē, et secundum faciem mani-  
festus esset omnibus habitatib⁹ in Iudea: qua-  
si non cognoscentib⁹ effigiem eius dedit signū  
Iudas his qui missi fuerunt a principib⁹ sa-  
cerdotū. Nō aut̄ et ipsi qui venerāt cū Iuda ad  
comprehendendū eum, frequenter eum vidissēt  
manifestat̄ ex eo quod ipse domin⁹ dicit: quasi  
ad latronem venistis cum gladiis et fustib⁹, cō-  
prehendere me, quotidianē vobiscum sedebam in  
templo docens, et non tenuistis me. Similiter  
Joan. 18. et Joannes narrat Christum dixisse. Ego palā  
locutussum tecum.

### Et subdit ORIGENES.

Venit traditio talis ad nos de eo, quoniam nō  
solum due formę in eo fuerunt una quidem, se-  
cundum quam omnes eum videbāt, alia vero  
secundū quam transfiguratus est coram disci-  
pulis suis in monte, quādo resplenduit facies  
Notāda eius sicut sol: sed etiam vnicuiq; apparebat se-  
de vultu cundum quod fuerat dignus. Et cū fuisset ipse  
Christi ī quasi non ipse omnibus videbatur, secundū qđ  
manna p̄ de Manna est scriptū, quādo deus fili⁹ Isræl  
figurati. panem misit de cœlo, omnē delectationem ha-  
bentem et ad omnem gustum conuenientē, quā-  
do desiderio comedentis obsequēs ad quod qđ  
voluerat vertebarū. Et non mihi incredibilis  
videtur hęc traditio, siue corporaliter ppter ipsū  
Jesum, ut alio et alio modo videreb⁹ ipsis homi-  
nibus: siue ppter ipsam verbi naturam quod  
non similiter cunctis apparet, qđ si ita est: tunc  
facilis est solutio questionis. Quoniam et si fre-

quenter eum viderunt turbe venientes cum Ju-  
da, Nibilomiuus opus habebant, ppter trans-  
formationes eius, qui eum indicaret eis, habens  
noticiam eius familiarem, per multam com-  
morationem cum eo, vt intelligeret transforma-  
tiones eius, secundum quas suis apparere sole-  
bat. Et hoc videtur insinuare Joannes cū nar= Joan.18.  
rat, q̄ Jesus sciens quę superuentura erant pre-  
cessit obuiam zc. Et ipsi ceciderunt retrosum.

Ecce vides quia eum non agnoscebant, etiam si  
frequenter vidissent eum, ppter transfiguratio-  
nes eius. Unde z inuisibilis de medio eorū fre-  
quentius exhibat. Quare aut per osculi signum  
tradidit eum Judas. R̄ndet ORIGENES  
Quoniam secundum quosdam, voluit reuerētiā  
quandam ad magistrum seruare. Non audens  
manifeste in eum irruere z impudenter profiteri  
se proditorē magistri. Vel hoc fecit ideo, nesfor-  
te si manifestum se aduersarium prebuisset z pro-  
ditorem magistri, ipse ei fieret causa euasionis,  
cum posset quantum ad ipsius Iudez opinionē ex  
quibusdam secretioribus disciplinis effugere, z  
facere se imperiū. Ut ergo nihil tale suspicans  
Jesus ( secundum quod Judas opinabatur ) sed  
putas eum amicum, insperate quasi nesciens ca-  
peretur. Ideo dedit hoc signum.

Beniens ad Jesum dixit/ Aue Rabi.  
**C H R I S O S T O M V S.** Sicut insa-  
nabilia vulnera nec austoris medicinis obediunt.  
nec demulcentibus : sic anima ubi semel capti-  
uata est, z scipsam dederit cuiuscunq; peccato, nul-  
lum emolumentum ex admonitionibus cosegt.



**I**d quod et Iude accidit a proditione non ces-  
santi, quāuis omni modo doctrinę esset a Christo cohibitus, Unde sequitur **E**t osculatus  
est eum Quid aut̄ Christus tunc egit? Acce-  
denter ad osculum sanctissimi ori cruentam  
bestiam sanguinem sicientem, non est auersa-  
**I. Petr. 2** tus: sed os in quo dolus invenitus non est ori  
quod abundauit malicia applicuit. Et q̄a non  
doctrina est discedētū secundum **C H R I S O S T O.**  
fraterne a fratre trum admonitione, quanq̄ nihil propter  
admoni- verba nostra eveniat, nam et riuiuli et si nullus  
tionis. bauriat fluunt. Et si forte non persuaseris ho-  
die, poteris forsitan cras. Dic̄tor es̄ per totā  
diem vacua trahens rhetia, circa serotinū rā-  
dem tempus pīcem capit. Unde dominus et  
si sciret Judam non cōvertendum, non destitit  
tñ faciē que sua intererant. Nam ad emoliē-  
**Mat. 26** dum cor eius veteris amicicię eum admonuit  
dicens Amice ad quid venisti id est, qua in  
rézione, secundū **T H E O P H I L A C T V M**  
Et quia propter verbum amicicię non resilijt a  
malo proposito, ideo dominus manifeste eius  
maleficium expressit dicens **J**uda osculo tra-  
**Luce 22** dis filium hominis Nomen posuit proprium  
quod erat magis dolentis et reuocatis quā ad  
izam provocantis. Dicens aut̄ osculo tradis,  
hoc est amoris pignore vulnus infligis et paci  
instrumento mortem irrogas. Non dixit tra-  
dis magistrum tuum, dñm, et benefactorē, sed  
filium hominis, mansuetum sc̄t et mitem, qui  
etiamsi non esset magister et dominus, quia tñ  
tam suaviter se erga te gessit, non erat a te pa-

dendus. At quia immundus spiritus cū Se Actuū s.  
prem nequioribus se ad Iudā redierat & fel-  
le amaritudinis ac obligatione iniquitatis  
eum repleuerat, ideo non aduerterit ad mansue-  
tissima L̄christi verba, sed deterior facius re-  
trocessit ad turbam. Cum enī staret turba q̄si  
attenta, ipse post datum osculum retrocedens  
animauit eos ut ceptum prosequeretur facin⁹.

**G E R S O N** Ecce q̄ horrendum scelus per. **Gerson.**  
petrauit Judas. Omnesq; iudicamus illū dā-  
natione dignum, sed quotusq; nostrū est qui  
non solus meruerit reprobari saltem secundū  
iustitie rigorem. Exprobramus & detestamur  
Iude peccatum, nec immerito quidem, quot-  
tidie tñ & nos ipsi peccata Iude peccato similis  
hoc vel alio modo committimus.

Judas avarus fuit, quantus & talium nunc  
est numerus, palam est Judas ob avariciam  
magistrum vendidit & dñm, quoad humanita-  
tēm, Nos quotidianē Christi diuinitatem ven-  
dimus, dum pro peccato cōmūramus Christū  
ipsumq; negamus & prodimus. Judas ele-  
mosinas & bona pauperū surabatur, vt vxori  
sue & filijs daret. Nunquid nōnulli proch do-  
lor Ecclesiastici aut testamētorū executores nō  
sic, aut peiora faciunt? Judas nō uit Iesu p-  
dicatione conuerti. Et hodie licet multas & fre-  
quentes audiamus cōtiones, rarissimas tamē  
videmus emendatiōes, plurimos nec publi-  
cas nec priuatas admonitiones curantes.

Judas recepit preciosissimū corpus dñi, in  
statu existens mortalis peccati. In peruerso p-  
posito, ppter quod & Sathan fortius cor occu-

X. Oct.

1.

2.

3.

4.

5.

pauit illius. In festo Pasche dic rogo: dum omnes Christiani hostiam salutarem, aut presbyteri quoddam mensē dñi astantes accipiunt, nunquid non multos huiuscemodi reperies?

6. Judas prodidit magistrum suum et dominum osculo, amoris signo. At nos osculando signum pacis in Ecclesia, aut sacrum altaris sacramentum percipiendo, aut fingendo exteriorem bonitatem, prodimus Christū in suis membris mysticis, per odium vel inuidiam, exemplo Iude qui osculi signo tradidit Christum, his qui postea illum crucifixerunt: quod forsitan preter cogitationem et intentionem eorum innito postea evenit. Neque enim opinabatur rem eosque progressuram (sicut innuit Euāgeliū textū de peccatūtā eius, licet inutili) ut crucifigatur

7. Crucifigimus deinde eū quoddam, q̄ morib. Hebre, 6 talia crimina. Apostolo, non mihi, fidem facito. Ait enim ille, rursum crucifigentes filium dei. Et id sit per opera mala, ex eo, q̄ quantū est ex pte peccati obligam⁹ Christū denuo mortem pati, et similiē passionem subire, ad peccati ipsius abolitionem: nisi ipsa passio semel facta sufficiens fuisset ad omnium peccatorū tam presentium q̄ preteritorum et futurorum expiationem. Cur igitur non contremiscimus super tantis parratis malis, Iude similitudine scelerum associati: ne efficiamur illi in peccata et obstinatione similes: sed ad hystoriam redeamus. Christus ut deus verus.

Ioan.18. Sciens omnia que ventura erant super eum ad generis humani redemptionē Processit et dixit eis quem queritis? Respondē

derunt ei Iesum nazarenū/dixit eis Ie-  
sus/Ego sum Nomen diuinę essentię sue re-  
spondit, prout de hoc apertius Moysi indica-  
tum est. Ego sum qui sum, sic dices filijs Isra= Exod. 3.  
el, qui est misit me ad vos. Stabat autem  
et Judas qui tradidit eum cum ipsis / ut  
ergo dixit eis ego sum/abierunt retrorsum  
et ceciderunt in terram deiecti vct̄ potentia  
deitatis ipsius. In hoc enim erat certum diuinę  
potestatis indicium, quę impiorū conatus et po-  
testatem non armis contrarijs visibilibus, ne-  
q; ullius creatę potētię auxilio, sed sola virtute  
verbi prosterneret, audito hoc verbo sum.

Igneum quoddam ut ait A L B E R T V S  
et diuinum micans in eius vultu perpendentes,  
abierunt a conspectu eius, vultum eius ferre  
non valentes. Ne vero quispiam obſtrepere  
audeat, dicens Christum occidendi se et male  
tractandi iudeis prebuisse occasionem, ex eo q;  
se sponte obtulit in eorum manus. Ecce exhibet,  
et omnia acit, nihil negliendo eorum per  
quę potuissent renocari a malo si voluissent.  
At quia persistebant in malo suo pposito, nullā  
malicię sue possunt pretexere excusationē, ideo  
concessa illis surgendi facultate a terra, seipm  
tradidit manib; eorum, rursum interrogans  
eos sicut dicit Euangelista Iterum ergo in Joan. 18.  
interrogavit eos quem queritis? Non secus  
atq; in hunc modum eis diceret. Videntе quem  
queritis, Eum sc̄t qui innocens est, unde in-  
rito conuenit vobis esse temperandum ab eius

persecutione. Qui etiam si vellet elabi ex ve-  
stris posset manibus. Proinde tam presum-  
ptuosa audacia et temeritate desistite.

**Ioan. 18.** Illi autem dixerunt Iesum Nazarenum  
Et quis tenere eum voluntibus et non valentis-  
bus, iam ostenderat potestatem suam. Nec tamen  
voluntas eorum mutata fuit, ideo permisit ut  
tenerent eum, ut faciat de nescientibus volun-  
tatem suam, ideo dixit eis. Dixi vobis quia  
ego sum si ergo me queritis finite id est, pa-  
mittite hos abire A V G V S T I N V S.  
Inimicos iubet, et hoc faciunt quod iubet: si-  
num scit nunc eos abire, quos non vult perire

Unde et Euangelista ostendens, qd hoc non  
erat eorum propositi, sed virtutis eius qui com-  
prehensus erat, subdit ut impleretur sermo  
quem dixit quia quos dedisti mihi non per-  
didi ex eis quenq; Quia viuente Christo nul-  
lus morte corporali obiit, potissimum autem pas-  
sionis tempore. Quia si aliquis eorum pro tpe  
illo et viuis migrasset, etiam preter Iudam, pa-  
cul dubio mortem oppetisset, non tamen regale sed  
etiam eternam, que est mors anime, nondum enim  
credebant in eum ut humani generis redemptorem.

**Mat. 26** Tunc accesserunt et manus iniecerunt in  
Iesum et tenuerunt eum.

**Luce 22.** Videntes autem hi qui circa ipsum erat  
illi nempe qui actibus Iude non consenserant  
quod futurum erat. Dixerunt ei Nam ad  
imperium eius omnia agere consueverat. Ideo  
etiam nunc querunt Domine si percutimus

in gladio. Respondens Jesus dixit / finite  
usq; huc id est, permittere preualere maliciā  
et potestatem ipsorum usq; ad captionem: nam  
eorum voluntati me tradidi ut implerent scri-  
pturę et redemptio vestra. Petrus autem eo-  
dem mentis seruore q; cetera faciebat et loqba<sup>t</sup>  
habens gladium eduxit eum / et extendens  
manum ut scz extensa manu ictum ficeret  
validiorem Percussit seruum principis sa-  
cerdotum et amputauit auriculam eius  
dextram forte Petrus hoc licere sibi pa- nume. 25  
tabat, sciēs qm̄ Phinees vidēs vergere in cō-  
temptum dei nequam facinus, accensus zelo  
iusticie, sacrilegos puniuit, et apterea mercede  
iusticie et sacerdotij perhennis dignitatem ac-  
cepit, sic scz q; de sua progenie semper sacer-  
dos esse debuit. Sic et Petrus egit, ex seruenti  
amore ad Christum. Sed quia cōtra sacra-  
mentum seu mysterium redemptionis nr̄e erat  
ut qui mori pro omnibus venerat, capi nollet  
vel recusaret. Nam dilato crucis triumpho  
et dyabolica damnatio fieret lōgior, et captiu-  
tas humana diuturnior. Ideo dñs Petri faciū  
improbauit, et progredi vitra venuit. Xlvi  
dit Joannes Dixit ergo Jesus Petro mit- Joan. 18  
te gladium tuum in vaginam id est, cesset  
vindicta, exhibetur patientia. Omnis enim  
qui acceperit gladium / gladio peribit. Qui  
scz acceperit gladium ad vindictā : et sua au-  
toritate non amore iusticie nec iusti principis  
aut legis, gladio peribit, id est ipse gladius seu

Vindicta facta gladio erit causa perditiōis ei⁹  
quia pro peccato gladio perpetrato, punicitur  
eternaliter nisi penituerit. Qd si defenden-  
do me hoc facis, tunc Calicem quem dedit  
mihi pater non vis ut bibam illum hoc est  
non vis ut patiar mortem, quam pater preor-  
dinavit me passurum. Qd si defendi nunc  
liceret nescis quia tuo non indigeo auxilio.

**M**at. 26. An putas quia non possum rogare patrē  
meum et exhibebit mihi modo plus quam  
duodecim legiones Angelorum. Facies do-  
minus mentionem legionum, insinuat nobis  
q secundum mundialis militię similitudinē, or-  
dinatē sunt legiones Angelorum, militantū  
contra legiones demonū habitantium in aere

**L**uce 2. caliginoso. Nam ⁊ Lucas dicit auditā esse  
multitudinem cœlestis exercitus laudantium  
deum propter Christum natum.

**S**ene. 32 E T I A C O B locum quendam vocauit  
castra dñi, qm̄ militiam illic conspexerat an-  
gelorum. Unde dicens dñs sibi exhiberi  
a patre plus quam duodecim legiones Ange-  
lorum, si rogasset eum. Insinuat q non erat de  
hoc sibi dubitandum. Quia scriptum est.

Angelis suis mandauit de te, vt custodiant  
te in omnibus vjs tuis. Qui em̄ hoc facit

**R**eg. 6, seruis (vt scribitur in libro Regum) Ecce mōs  
plenus equorum ⁊ curruū ignitorū in circuitu  
Helisei Multo magis si voluisset faceret  
id pater domino ⁊ magistro seruorum,  
Quomodo ergo implebuntur scripturæ.  
Si me defendero. Dicunt em̄ quoniam sic

Opportet fieri hoc est, q̄ pax & reconciliatio hu-  
mani generis p̄ meam captionē & mortem fieri  
debeat. Sinite ergo usq; huc.

In illa hora postq; amputatam auriculā re- Mat.26.  
fecit domin⁹. Quod summe benignitatis in-  
dicium fuerat, & diuinę potestatis, vt si prete-  
rita beneficia non recordarētur extunc saltē  
pr̄sentia cognoscant, tunc dixit turbis tanq;  
ad latronem existis cum gladijs et fustib⁹  
comprehendere me / quotidianie apud vos se-  
debam docens in templo et non me tenui-  
stis Secundum ORIGENEM sen-  
sus est, si quis latronem velit tenere non est in-  
congruum cū gladijs & fustibus venire ad eū  
quia talis est & latro, vt omnia audeat dum-  
do nihil mali patiatur; & si potest paratus est  
& gladio uti & fuisse, aduersus cōprehendentes  
se, potius quam vltro se tradat in manus eorū.  
Ego aut̄ non sum latro. Latronis officiū est  
nocere. Ego vero nemini nocui immo profui,  
sanando, docendo, quemadmodum omnes qui  
sunt in Iudea sciunt, quoniam quotidianie sedēs  
in loco sancto in templo, tanq; congruo ad do-  
ctrinas hominum, manifestabam quę pertinē-  
tia erant ad pietatem seu seruitium dei, & vitā  
sanctam secundum legēm dei. Et per hoc cō-  
mendabam me pacificum esse non latronem.

Cum ergo me tunc non tenuistis, videntes  
me docentem & nihil facientem dignum reatu  
quomodo ergo nunc agitis, vt quasi latronem  
debere me comprehendendi putetis. Sed hac

*Xotz*  
est hora vestra id est, voluntati vestre diffinita. Et potestas principis tenebrarum Unus postquam dixit ad Petrum, recorde gladium tuum quod est patientie, postquam auriculam restituit, quod est summum benignitatis et divinæ potestie indicium, tunc ista verba locutus est ad turbas ut fidelia viderentur ex precedentibus verbis et factis, ut etiam si posterita beneficia non recordentur, vel presentia recognoscatur. Hec Origenes. Tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt. Timentes turbas, et eorum principem Iudam. Hec fuga discipulorum, perdit eos suisse socios mens. Joan. 2. se. Non enim fugierunt quando vocatus fuit ad nuptias, sed cum tractus erat ad passionem.

Jaco. 1. Consumiliter hodie fieri videmus, haec enim quod dominibus regum et principum assistunt, alacres adsunt principi dum ad venationem, coniuvia, choreas, capienda que bonorum possessioe eundum est. Porro dum contra hostes procedendum est, pauci admodum comparent. Nec aliter agunt plerique sacerdotum et monachorum visitant enim alacres viduas, diuites, et iuniores. Pauperes autem et inopes, et semino consecitos negligunt, cum tamen Jacobus dicit. Religio misericordia et immaculata apud deum et patrem hec est visitare pupillos, et viduas in tribulatiōibus earum. Ja in tribulatiōe raro inueniuntur, atque in epulis quam frequentissime adsunt.

Joan. 7. Fecerunt autem hoc discipuli Christi, quia spiritu sanctum nō dū acceperāt, quoniam Jesus nō dū glorificatus fuerat, nec spiritum virtutis et charitatis hactenus acceperant, quem si ha-

bussent, non sufficerent infirmati, nec aliquid extra diuinam charitatem egissent.

**P**eractis ergo cunctis que sufficienter ostendebant eum voluntarie se offerentem, et que sufficiebant ad prohibendum Iudeos a coepita nequitia, cum illi nequaquam hoc attendere vellent, tunc duci se permisit. Unde dicitur in Evangelio. **C**ohors scilicet militum que operas pro pecunia locare consuevit et tribunus qui presul cohorti et ministri Iudeorum **C**omprehederunt Jesum et ligauerunt et duxerunt scilicet ad civitatem.

**M**pletur hoc loco quod adumbratum fuit figura. **I**n I O Z E P H quem ligatum fratres Bene. 37 in Egiptum vendiderunt. Consimiliter in J E R E M I A qui arreptus ductus in Ie Zere. 37. rusalem fuit et ibi caecus, et in carcerem intratus, propter predicationem verbi veritatis. **E**n verus Ioseph Christus dominus, a nequam fratribus venditus, captus et ligatus est.

**S**ignificantur hec que dicta sunt in Missa, In missa quando post inchoationem canonis osculat osculum et altare sacerdos, tres faciendo cruces et dicens talis cum hec dona Propter hec munera Propter hec sancta sa- triplici cristicia illibata. Osculum altaris designat crucem quod Iudeum osculum. Tres cruces trinam Christi signis traditionem representant. Traditus est enim certa patre, iuxta illud. Proprio filio non peper Rom. 8. cit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Traditus est a Iuda discipulo, Iudeis, A Iudeis traditus est Pilato presidi.

**M**edita- **S**editemur igitur, quomodo ille q̄ est summa sapientia, summa bonitas, traditus est a proditore. Quomodo agnus ille immaculatus, pro nobis inuentus est in horto, in quē intravit, non fugiendo sed expectādo inuētus. Captiuatus est ille qui est summa libertas. Captiuatus est ille, qui pro omnibus liberatis venit. Nec captiuatus solum, sed etiam ligatus, ligatio enim addit quidpiam ultra captiuationem. Aliqui namq; captiui non ligantur, licet sub custodia detineantur, hic autē quidem durissime ligatus est. Ut em̄ dicit  
**B E R N A R D V S** Prostrauerunt Iesum super terram, sicut ipse prostrauerat eos, et pessundauerint pectus eius, et spuerunt in faciem eius, Et diuersimode strinxerunt collum eius, et ligauerunt manus eius ad inuicem. Ligauerūt autem non tantum ut sic ligatus non effugeret, sed etiam ad denotādum q̄ dignus erat morte; Mos em̄ erat Judeorum, ut quē dignum morte indicarent, vincū presidi trāderent. Conuenir nos gemere, considerando quid ligauit illum, qui omnipotēs est. Neq; em̄ intantum Judeorum ligatus est manibus, quantum nostris cōstrictus est peccatorū fūibus, propheta id vaticinante, Funes peccatorū circumplexi sunt me. Et trenorum 4. Jeremias dicit. Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris. Ex ea hāc die qua genus humanū vitale occēpit carpare auram, miseri protoplasti nectere cōperunt funiculos, quibus in carne mundi conditor ligaretur. Et ipsi genimina, pro horū mate-

ria primitus producerunt, et ex eis vanata paga huiusmodi herbam que cōtorqueri possit ad vincula, velut campus reprobus cōtinue germinat, nec germinare desistit, ut inf peccata precedentium atq; sequentium hominum velut in quodam funis medio, Christus dominus vincularetur, Hec S I M O N nisi em huius peccatorum funes circūplexi fuissent Christum, certe Iudeorum funes nunc ipsum cōtingissent, merito ergo gemere debemus qui huius causa sumus. Meditemur quia ligatus fuit non nisi pro nostra liberatione. Fuerat enim praevisum ab eterno, ut ex iniustis vinculis Christi, iusta vincula nostra soluerentur. Quam p̄uisionē siue precognitionē diuinam nō disseniendo laudemus, nostris namq; profectibus ipsa seruinit. Meditemur quia sic ligatus ducebatur imo verius trahebatur ab uno iudice ad alium, atq; sic vltro citroq; tractus in via aspera et lapidosa frequētius impingebat. Sequamur eum ad ciuitatem per deuotā meditationem, videbimus illic iniurias innumeras atq; penas, quas mitissimus pro nobis patulit agnus. Audiemus clamores tumultuatis populi, mortem Christi sicutientis quem ipse sanare et saluare venerat.

**M**editando hec ipsa studeamus nos Christo conformare, in hoc ut simus ligati sumbus et vinculis præceptorum dei. Nos enim ligauimus ipsum funibus peccatorū, propterea ediuerso ligari tenemur funibus præceptorū eius, ut sc̄ omnia membra nostra vacuū lin-

Confor-  
matio.

*Xan.*  
guia sunt constricta, ne claxentur ad aliqua contraria preceptis diuinis vel diuinę voluntati repugnantibus. Ecce Christus, qui tamē sponte se in manus tradidisset iniquorum, ligatus tñ est, ita vt in eo excruciatō vota expleret sua. Linguam vero eius quia ligare nō poterant, ipse dñs sic eam ligavit, vt nullum verbū nisi qđ utile foret eloq voluit, tā turbis se captiuatibus, quā reliquis Iudeis et pontificibus, atqz Pontio presidi. Ita et nos, licet potestatem habeamus loquendi, vel etiā operandi malum vel bonum facultatem, linguam nostram et cetera corporis membra sic ligare debemus, vt nullum verbum eloquiamur, aut operemur tale aliquid qđ deus aut proximus ledit et offendit possit. Sic ligati, Edformemur Christo et suo modo, in ductione, vt sc̄t de facili ducibiles simus ad viā iusticie, sicut Christus magno enim desiderio se duci permisit ad passionem, non repugnans, neqz renitens, nec remurmurans, sed sicut ouis non aperiens os suum, cum dicitur vel portatur ad victimę locum. Et hęc de adductione hostię.

**C**Quia vero hęc prima pœna quam dñs nocte bodierna pertulit pro nobis, dum post trinā orationē et sanguineū sudorem, traditus, ligatus, pessimatus, violentię impetu ductus seu tractus est Propterea gratias agentes gratitudinem ostendamus, inefabili suę erga nos clementię flexis genibus orantes. **P**r. nř.  
**C**Sed quia ut premissum est, sacerdotū legium intererat, probare munda animalia oblationi deuota, mundis inqz, immunda emi ut sus

canis, lupus, asinus et similia, non offerebant. Item inter munda non omnia absq; delectu oblatiom cuilibet conueniebant, sed tam certe speciei, iuxta distinctos offerendi ritus, per diversis scz causis et rebus deputabantur. Nam, per pace, pro gratiarum actione, pro Principis sacerdotum et communis populi, priuatiq; hominis peccatis, et pro mundatice leprosi, sicut in leuitico per varia capitula videre est, alia et alia immolabantur, igitur &c.

**C** Tertio sacerdotes, post probationem oblatorum apta suscipiebant, reicientes inepta.

Dicitur enim per prophetam. Maledictus dominus Mala. 1. Iosus, qui habet in grege suo masculum, et votum faciens imolat debile domino. Sic nouem leges sacrificium probari debuit, ut omnibus contaret dignum et aptum esse. Quo vero uoui testamenti sacrificium aptum esse cognosceretur, debuit probari esse dignissimum; succedere namque debuit in omnium sacrificiorum precedentium locum. Omnia siquidem talia fuerunt typus et umbra huius sacrificij unici, ideoque debuit esse omnibus alijs figuralibus sacrificijs nobilius et probatum magis. Item tale esse oportuit quod contineret infinitum preium, seu ut esset electissimum nulloque estimandum prelio, ac per omnia quodlibetum et immune. Nullo ite obnoxium peccato, et ex se deo acceptissimum charissimum quoque, medium tenens in dignitate inter deum et hominem. Patet, quia tale sacrificium, debuit esse sufficiens ad redimendum totum humanum genus et diuinę offense placationē; quod non esset, si non contineret infinitum

precium, aut si de se non esset liberum. Unū re-  
quirebatur ad sacrificium noui testamenti, q̄  
esset res rationalis, ideoq; nullum animal bru-  
tum pro tali erat aptum sacrificio. Omnia nā-  
q; bruta, sunt minora & inferiora hominibus,  
in precio & dignitate. Nō cōtinebant igit̄ insi-  
nitū precium, sed requirebatur q̄ sit hō imo  
omni homine nobilior, si victima illa fieri de-  
buit dignissima. Item requirebatur, q̄  
illa res ratiōalis, esset mūda & deo grata, alio-  
qui nihil per eam mundaretur, nec deo gratū  
redderetur. Homo etiam talis huic apt⁹  
sacrificio, requirebatur omni homine imo toto  
genere humano nobilior, si totum humanū ge-  
nus per ipsum debuit reconciliari deo. Ob id  
palam est, q̄ purus homo nobilior toto genere  
humano esse non potuit. At Christus talis  
erat hostia, nam deus & homo. In eo itaq; q̄  
deus, equalis extitit patri. Porro in eo q̄ in-  
duerat hominē, siue q̄ esset homo, minor pa-  
tre fuit, sed melior virtute & dignitate puro ho-  
mine. Precium itaq; eius erat in valore insi-  
nitum, ratione diuinitatis. Et in eo q̄ homo  
erat liber, & ab omni pētō immunis tā in natura  
q; in persona. Et sic Christus erat cōueniens ob-  
latio apter innocentia & puritate, atq; ideo cha-  
rum & deo acceptum sacrificium, apter immen-  
sam charitatem & obedientiam. Et propterea  
fuit sufficiens ad placandam iram dei & huma-  
ni generis reconciliationē cum deo, & ad satis-  
Probatō faciendum pro peccato.  
victime. **H**ec aut̄ Christi innocentia, dignitas siue  
noui test. **S**anctitas, probata fuit per varios iudices  
vgt per.

vcit per Annam Laypham: Herodem: Pila-  
tum: apud quos inuentus est verus deus et ho-  
et sine animi culpa, omni deniq; macula.

Judeo p.

Digitur ductus primo fuit attestare Joā-  
ne dñs, partim qd illi iudicandi auctoritas ceteri chri-  
tiani ex parte debebatur, ut pote qui infi-  
nagoges primores magnē auctoritatē esset, par-  
tim qd Layphe pontificis illius anni sacer es-  
set, qui consilium Iudeis depromperat, expe-  
dire magis vnum hominē mori pro populo qd  
gentem perire vniuersam. Voluit autem euā-  
gelista, quod superi⁹ dixerat de prophetia Lay-  
phe, cōmemorare obiter: quo scandalum de fi-  
delium extirparet cordibus, ne captionē et vin-  
culationē Christi quam narrauit, impotentię  
et infirmitati diuinę attribuere meditarentur:  
sed ideo omnia hęc facta dispensatiue, ut salus  
toti orbi inde proueniat, ne scit tota gens pere-  
at. Testimonium etem aduersarij nemo nescit  
esse qd efficacissimum et ratissimum. Nam veritas  
ab ipso etiam aduersario, non vult supprimi et  
taceri. Pontifex ergo iste Annas interro-  
gauit Jesum de discipulis suis/et de doc-  
trina eius de discipulis interrogat, qles ha-  
buerit? Cur eos collegerit, et vbi nūc sint? De  
doctrina etiam inquirit qualis fuerit? ut mul-  
tos alliceret ad auscultandū ipsum, populos:  
Et si filium dei, ut fama publica erat, se esse af-  
sereret? Num legem Moysi abnegandā et an-  
tiquandam proponeret? aut cōtemnendā do-  
ceret. Maligna et peruersa iudicis huius  
de veritate Christi fuit exploratio, hoc em re-

Annas su-  
it.

Joan. 18.

E

uera molliebatur, ut seditiosum ipsum esse con-  
uincere posset. Nouorū insuper dogmatū au-  
torem ostendere valeret, atq; ita morti esse ob-  
noxium: quando quidem legi Mōsaicē ex pre-

**Deut. 14** cepto Deuteronomij, nihil addendum vel in-  
t̄z. nuend̄ fuit. Et Deuteronomij 13. dicit. Si sur-  
rexit in medio tui prophetes, et dixerit tibi,  
eam sequamur deos alienos, p̄pheta ille au-  
fictor somniorū, interficietur: quia locutus est  
ut vos auerteret a dño deo vestro.

**Deut. 18** ¶ Itē Deuteronomij 18. propheta qui arro-  
gantia deprauatus, voluerit loqui in nomine  
meo quę ego non precepi illi ut diceret, aut ex  
nomine aliorum deorum, interficietur.

¶ Qd si Christus se filiū dei palam profite-  
retur, visus fuisset alienare populū a cultu v-  
nius dei, et ita dignus occisiōe. Ipsi em̄ ex hoc

**Luce 20.** q̄ sumpta parabola de dño vineę et agricolis,  
dicebat se filium dei, cōcipiebant consequi ne-  
cessario pluralitatē deorū in essentia, iuxta plu-  
ralitatem personarum. Christus tñ ita re-  
spondit, ut nec taceret veritatē, nec se defende-  
re videretur, dicēs Ego palam locutussum  
mundo hoc est, in propatulo seu publice oīni-  
bus predicaui. Quamuis non palā quo ad ap-  
tum sermonem, dñs p̄dicasbat, quia in puer-  
bijs multa loquebatur. Ego semper docui  
hoc est doctrinam salutarem proposui in Si-  
nagogis et in templo quo om̄es Judei cō-  
ueniunt ter in anno de p̄cepto, et in occulto  
locutussum nihil hoc est doctrinā populo ne-  
cessariam tradēdo, clā et occultę, angulariterq;

non sum locutus. Quid me interrogas? in-  
terroga eos qui me audierunt. quoru magna est apō te copia. Ecce hi sciunt quid di-  
xerim ego. sensus ē. Tu me de meis doctrinis  
atq; meo interrogas negotio. Interrogationis  
meos q; insidiantur mibi. AVGVS.  
Ipsa em̄ que audierūt & non intellexerūt talia  
erant. ut ea non possent iuste calumniari repre-  
bendere. nec veraciter criminari. Quotiescūq;  
em̄ interrogando tetrauerunt Christum. ut in-  
uenirent vnde accusarent eum. sic r̄ndit eis  
vt omnes eorum doli retulerentur & calūnias  
ipsorum frustrarēt. q. d. August. nequitia eo-  
rum & dolus innotuit ac in ipsos conuertebat  
ita vt calūniæ ipsorum nō poterāt habere locū.  
Hec cum dixisset. vntus assistens ministro-  
rum dedit ei alapam dicens. sic respondes  
pontifici. voluit em̄ iste. vt manifeste conficeret  
vel negaret. Respondit Jesus. si male  
locutussum. testimonium perhibe de malo.  
Si autem bene quid me cedis hoc est. expē  
de locutionem meā. si est mala. si aut bona est  
sine causa me cedis. quoniā impunis esse debet  
qui bene loquitur in iudicio.  
En vide probationē agni nostri. coram pri-  
mo eius iudice. de sapientia vel doctrina. in q  
tunc nihil inuentum est redargutione dignū.  
Quoniam inuenta est in eo mira modestia ver-  
bo. um in respondendo pontifici. Invenia est &  
veritas doctrinæ. quam declarauit nō esse sus-  
pectā. sed omnibus in loco sacro aperte palāq;

E q

**Dat. 10.** promulgatam, et non angularem aut clanculariam. Ita scit ut eam Christus non verecunda-  
re tur publice profiteri. Nam et ipse discipulis suis dixit, ut quod audierint in aure predicetur in tectis, hoc est manifeste, toto mundo audiete. Item ita vera et etiam per suos aduersarios eam confirmabat, qui contradicere ei in nullo valuerunt. Quamuis autem hic seruus contradictionis cebat, non humano tam more, quoniam illegitatem et irrationaliter, verberibus non proportionibus medijs, violencia et quadam adulatio- nis insaniam, non iudicio recto id faciebat. Hoc idem de hac ipsa sua irrefragabili ac ne in uno quidem tota immutabili doctrina, discipulis suis promisit dicens. Dabo inquit vobis os et sapientiam, cui non poterint resistere omnes aduersarij vestri. Inuenta etiam est in eo prudenteria et charitas in celando defectu aliorum, nempe discipulorum. Inuenta est in eo et liber- tas in arguenda impudentia serui. Inuenta est et pacientia miraque mansuetudo, modeste signum et mansuetissime respondet suo iniquo percussori. Nam proculdubio tota creatura ipsam ultra fuisset percussionem, nisi ab eo qui percus- sus fuit prohiberetur. Nonquidem legitimus de peccatis in seruos dei celum et elemeta vin- num. **16** dictam sumisse. Si quidem terra absorpsit Da- num. **16** than et Abiron, Chore suosque complices, cum ducentis et quinquaginta viris ignis absum- **Exod. 14** psit. Aqua suffocauit Pharaonem in **Mari**. **Reg. 2.** rubro. Et ursi occiderunt pueros, illudentes Heliseo, dum in sui ignominiam clamabant, as- cende calue, ascende calue. Quid facerent ge-

missa: de iniuria creatoris. Verum non reg-  
cussit ipse qui percussus est immo mansuetissi- s. Pet. 2.  
me respondit. Non commotus, nō maledicēs  
non accusans, nō comminās, sed instruens eū  
qui male ageret. Quidam autē et Pilatus alij  
quoq; male agerent, tñ ibi non redarguebat  
dñs, sicut hic fecisse perhibetur. Nam et si ipe  
summe māsuetudinis fuerit, vbiq; omnes fe-  
rens iniurias, nusq; tñ seuerior, quam in eos  
q; titulo specieq; religio nis et simulatione, op-  
pugnarent veram religionem. Nō tulit ta-  
citus alapam qui tulit tacite crucem. Hic enim  
presidebat Pontifex, examinabatur vincutus  
Jesus, Licet ibi iudicij species erat et ostenta-  
rio, erat tñ mera impostura seu falsitas ac si-  
mulatio. Apud Ethnicum namq; iudicē, au-  
ditur vicissim et interrogatur reus, apud pōti-  
ficem autē hunc pro responso alapa dāt, ei qui  
iudex futurus est viuorum et mortuorum. Et  
propterea Christus non tulit tacite, sed respō-  
dit, arguendo tam percutientē, q; iudicem pō-  
niuentem ac dissimilantem.

**H**uius figura premissa est et impleta, in tri Figura.  
ches propheta. Qui dum veritatē pro- 3. reg. vi.  
phetiq; Achas regi Israbel anūctiaret, percuss⁹  
est in maxillam per Sedeckia Pseudo propheta-  
tam. Ita et hic Christus veritatē confessus corā  
Anna alapa ccessus est.

**I**sactus representatur in missa per statio- Statio  
nem erectam sacerdotis post principium canō Ebri co-  
nis et premissas tres cruces. rā Anna  
cū alijs a  
crib⁹ in  
missa re-  
p̄ntat.

**C**ubi meditandum est, q; posteaq; domin⁹ missa re-  
p̄ntat.  
Ei⁹

**a** Iuda traditus fuerat. Et captus et ligatus, p.  
mum ad Annam erat adductus: ibidemque statu-  
do humiliter ante pontificem, enormiter ad ma-  
xillam percussus est. Meditetur illū tu-  
lisse patienter, non solum maxillam, verū et ca-  
lumniam verborum a seruo illatam, qui et p-  
cussit et calumniatus est Christum de inhono-  
ratione presulis. Sic enim ille seruus accepit ver-  
ba Christi, quasi Christus nota set pontificem  
de stulta interrogatione. Certe calumnia  
hęc plurimū molesta est, dum quod ad decla-  
rationem adducitur veritatis excusandāqz in-  
nocentiam, ad iniuriam retorquetur superio-  
ris esse dictum. Atqz hęc Christo contigerunt  
in hunc modum.

**Doctrīa** **C** Docentur ex eo loco subditi famuliqz ne qz-  
p famul. piam eorum faciat aliquid indecens in cōpla-  
centiam dñi sui, quemadmodum hic seruus fe-  
cit. Nam vē ministris, dñorum temporalium  
amore male facientibus. Ut mala iusta adim  
plentibus, qui vēt ad cumulū glorię diuitiaz  
qz, dominorū iniuriam non merentibus irro-  
gant, supernam ob hoc perdētes gloriam et di-  
uitias regni cęlorum.

**Doctrīa** **C** Docentur pariter et indices ac dñi, ne corā  
p Judici suo iudicio permittant cuiqz inferri calūnias  
bus et p- vel iniurias, quemadmodū hic Annas, q nō  
fectis. redarguit seruum, sed proculdubio grat⁹ fuit  
de illo in prēsentiarum admisso facinore.

**H**uic Anne persimiles sunt illi indices, q ma-  
nifestas calumnias permittunt adduci. Et for-  
san apter odium personę illius contra quā ada-  
ducuntur huiusmodi calumnias.

**P**ostq; aut̄ Annas examinando Christum Secund  
Pin eo nibil dignum morte inuenit (per qd̄ examē &  
innovuit ipsum esse agnum dignum pro salute probatio  
hominum unimolandum ) misit eum ligatum Ch̄ri fuit  
ad Laypham. Tum quia erat pontifex anni il apd Lay  
liu s. Tum quia asturior, vt sic possit aliqd cōpham.  
singere aduersus eum. Layphas em̄ inuesti  
gator vel sagax interpretatur. Sagax em̄ fu-  
it ad prosequendam & explanandā dolī sui ne-  
quitiam sed impudens ad proferendum men-  
datum appetendumq; homicidiumz

**E**t circa hęc narrant Euāgeliste casum Petri  
nam scribit Joannes Sequebatur Iesum Joan. 18.  
**S**imon Petrus a longe et alius discipu-  
lus qui erat notus pontifici.

**S**i queras quomodo dicitur Petrus sequi Je-  
sum, cum tñ ante dictum sit, omnes fugisse re-  
licto eo. Sed dicendū q; primo fugerunt & po-  
stea reuersi occulte sequebant eū. Duo aut̄ v̄z  
Petrus & Joannes ad litterā describunt, seq  
Christum, quia pr̄ ceteris ipsum diligebant.  
Unde & post resurrectionē Christi, primi vene-  
runt ad monumentū, & propter maiorem vim  
dilectionis qua adinuicem vniebant̄ sepi? isti  
in Euāngelio & in actis apostolor̄ cōiungunt̄  
Tum etiam mystice, quia per hos duos disci- **Actoꝝ. 3.**  
pulos, duę ritę que Christum sequuntur, desi-  
gnantur. Actiua v̄z per Petrum, Contempla-  
tiua vero per Joannem. Actiua sequit̄ Chri-  
stum obediendo. Contemplatiua aut̄ cognoscē-  
do & contéplando: id quod etiam OSEA S. **Osee. 6.**  
expressit dicens. Sciemus sequemurq; vt co-

**Eiūq;**

gnoscamus dñm. Joannes autem cum Iesu intrat, quia vita contemplativa est ei familiaris Sapi. 8. iuxta illud sapientis. Intrans in domum per quiescam. Petrus autem foris stat quia actiua via circa exteriora occupat: id quod descripsit Luce. 10. Lucas. Maria sedens secus pedes dñi audiebat verbum illius, Marta autem satagebat circa freques ministerium. Ubi similiter per Mariam Magdalenam vita contemplativa, per Martam vero eius sororem actiua designatur. Finaliter tamen per contemplativam vitam, introducit ad Christum vita actiua, sicut enim ratio inferior dirigitur per superiorem, sic vita actiua per contemplativam: quod pulchre hic in textu Joannis innuitur, cum per Joannem Petrus introduxitur. Petrus intrans quia iam incepserat algere, destitutus tunc intus ab igne charitatis, stabat cum ministris ad ignem calefaciens se. Pessima hec flamma Judaica ad quam Petrus accesserat, non enim calefaciebat sed vrebatur. Malus focus ille qui etiam in sanctorum mentibus fuliginem erroris efficit, iuxta quem et Petri (quod ceteris animosior videbat) interiores oculi caligarunt. Non quidem oculi carnis sed mentis quibus antea Christum videbat cum diceret: Tu es Christus filius dei vivi Albertus et Iero. super Mattheum Allegorice.

X  
Triplex ignis fuit in atrio illo Pontificis quod et nunc sepe sepius inuenitur. Ignis ire in Christum, et discipulos eius. Ignis cupiditatis in acceptione munerum ad iusticię sub-

uerionē, et Ignis carnalis concupiscentię  
in consumptionem castitatis. De primo di-  
citur. Supercedidit ignis, et nō viderūt solem, pā. 57.  
hoc est lucem ratiōis ad recta iudicia. De scđo  
dicitur. Ignis deuorabit tabernacula eorum, Job. 15.  
qui munera libēter accipiūt. De tertio. Ignis  
est usq; ad consumptionem deuorans, et omnia Job. 31.  
eradicans genimina. Circa hūc ignem Pe-  
trus negauit dominum ad ancille ostiarię vō-  
cem. Deinde cum iuramēto, et postea etiam  
cum anathematizatione negauit. Si queras  
vbi negauit: non in domo sua, non in monte,  
non in templo, sed in domo principis sacerdo-  
tum, et non cuiuscunq; alterius. Sed ibi negat  
vbi veritas non est, ibi negat vbi Christus ca-  
ptus, ligatus, alapāq; grauissimam sustulit.

**C**Quomodo em̄ non erraret quē intromisit  
ancilla ostiaria, et ostiaria quidem in domo  
pontificis, vbi difficulter innocentia seruatur  
et vbi impudicicia regnat. **C**Ubi de Petri  
negatione L E O P A P A in sermone d  
passione sic inquit, ob hoc sicut apparet, hēsi-  
tare permislus est, ut in ecclesię principe reme-  
diū penitentię conderetur, et nemo auderet  
de sua virtute confidere, quandoquidem mu-  
tabilitatis periculū nec beat⁹ Petrus potuit  
euadere: unimo negauit tam diu, qđiu Lhrūs  
ad eum non fuit conuersus ut eum respiceret.  
**C**Neq; cessasset negare, et pculdubio pman-  
sisset in negatiōe facta, nisi illum respexisset.  
**C**Propterea dicitur in euangelio. Et con-  
uersus dominus resperxit Petrum oculo  
sc̄t miserationis cor eius conuertit, p̄seruādo

Nota.

Ipsum a peccato ne amplius caderet. **BEDA**

Respicere nanc̄ eius: misereri est, quia nō so-  
lum cum agitur p̄cēnitētia, verū metiā ut agat  
dñi misericordia necessaria est. Hec ibi. Unde  
apheta. Misericordia eius preueniet me.

p. 58. Et ad hunc Christi respectū recordatus est Pe-  
trus verbi Iesu / et egressus foras fleuit  
amare I E R O N I M V S. Post nega-  
tionem Petri et Galli cantum, respexit Salua-  
tor Petrum, et intuitu suo, eum ad lachrimas  
amaras prouocauit. Non em̄ fieri potuit, ut in  
negationis tenebris perma neret, quem lux re-  
sperat, vnde et egressus fleuit amare. Egres-  
sus de impiorum psilio, fleuit ut pauide nega-  
tionis sordes, amaris fletibus lauaret. Et in  
hac negatiōe Petri fuit etiam quedam proba-  
tio et ostensio abilitatis vel dignitas agni no-  
strī imolandi: q̄a ex hoc casu Petri cognosci-  
tur, q̄ Christus tanq̄ deus fuit futurorū p̄sci⁹

Item fuit in eo veritas verborum, quia nō-  
secus evenit q̄ dixerat. Absoluta negatiōe  
Petri reuertamur ad Laypham, examen ibi  
habitum prospicientes, longe notabilius quā  
apud Annam. Quod patet.

**PRIMO.** Ex m̄lititudine illic cōgregator̄ ad  
examinādū. Quia om̄es ordies statusq̄ regen-  
tiū populū, tanq̄ omnia capita populi illo p-  
uenerār. Nēpe illicherat quatuor ordines sc̄z sa-  
cerdotes, scribē, pharisei, seniores. Sacerdotes  
venerant, ut iudicij appareat veritas. Scribē  
vt literatur a calumnias inuenire scirent.  
Pharisei, qui simulata sanctitate, accusatiōes

factas et conflictas probarent, seu redderet gra-  
uiores. Seniores, qui longa experientia, ma-  
liciose obijcere sciret, et respōsis obuiare Chri-  
sto. Hic omnes illuc conuenerant, qui non fue-  
runt apud Annam.

**S E C V N D O.** Magnitudo examinis  
apparet ex magno conatu eorum quia di-  
citur de eis Principes autem sacerdotum Mat. 26  
et omne concilium querebant fassum testi-  
monium contra Iesum ut eum morti ita  
derent. Dicitur, querebant, non enim suffecit  
eis diligentia prius facta anteq̄ cū Iuda pactū  
fecissent: sed etiam postq̄ Christum captū deti-  
nuissent, iterum querebant testimonia, volētes  
suis insidījs iudicij formam imponere, seu ma-  
liciam suam occultare, sub pretextu et pditione  
conciliorum, ut tanquā iusti, iuste iniustum et  
male actorem condemnare viderentur. Unde  
dicit Euangelista, querebant, non enim obuios  
et in promptu pro sua habebant intentione.

Potuissent sane sanctitatis, virtutis et benefi-  
centie complures inuenisse testes, infirmos sa-  
nitati restitutos, tecos luminibus cōdonatos  
et surientes pastos. Ast non tales optabant qui  
excusarent eum, sed eos qui accusarent deside-  
rantes querebant. Non valentes igitur veri-  
dicos h̄c, falsos et mēdaces subordinat̄ testes

**T E R T I O.** Examini illius celebritas  
et nobilitas apparet ex fassorum testium  
multitudine. Multi namq̄ gratiam princi-  
pum venantes veniebant. Non reputan̄, inten-

rim illi miseri quam grandis sit iniquitas fal-  
so testimonio proximum ledere, vitam denique  
qua homo nihil habet preciosius in discrimen  
vocare et periculum mortis adducere, potissimum  
cum irreuocabilis sit vita hominis semel am-  
misa. Consimiliter dum falso testimonio in-  
famie nota inextinguibilis inusta primo fue-  
rit, accedente presentim iudicis sententia, hic  
iam palinodiam canere seu reuocare non semp  
conuenit. Atque inde alia duo mala consequi ne-  
cesser est, in persona vel in rebus punitione, et in-  
famiam damnati criminis. Utinam aduertis-  
sent inselices isti, quantam malorum lernam seu  
cumulum secum trahat falsorum testimoniū im-  
pudens assertio, nam Primo quidem Deum

**I.** Joan. 14 peierando contemnunt, qui est ipsissima veritas

**2.** Secundo Iudici obnoxios se reddunt, que fal-  
lunt mentiendo. Tertio obnoxii sunt innocē-  
ti, quem falso testimonio ledunt. Quarto et

**Sapi.** **1.** sibiipsis non mediocriter incommodant, quia  
**5.** os quod mentitur occidit animam. Quinto  
obligant seipso ad satisfandum, et restituendū  
parti lese, id quod raro fieri palam est. Non enim  
sufficit confessio et contrito, nisi restituatur que  
proximis ablata sunt et quid inde evenit in-  
commodi. Morum omnium scelerati isti atque mi-  
seri obliti sunt, impudenter se ingerentes ad fe-  
rendum falso testimoniū. Sequitur namque apostolos

**Mar. 14.** Euangelistam concretus. Veniebant multi  
et dicebant falso testimoniū contra  
eum et conuenientia testimonia non erant  
Non erant conuenientia testimonia, tum quia non  
suerunt pro yoto examinatiū. Neque enim lapida-

*falsa*

re illum, sed abiectissima morte crucis condē-  
nare voluerunt. Cum etiam quia honestas fa-  
mę falsitatem mentitam exclusit. Permisérūt  
etemī sacerdotes inferre illi contumelias mul-  
tas, et qui veniebant accusatūri eum, mītis p-  
uītq; illi insultabant: secundum quosdam de-  
uotos hęc et bis filia opprobribat dño in se-  
cīem dicentes. Tu neutiq; vis cedi de malo, n-  
si sub testimonio, id quod dixisti apud Annā  
Audi igitur testimonia multa. Cum homosis  
mortalis diuinitatē tibi arrogas, dicens te fi-  
lium dei. Cum sis hostis dei, et legis eius vio-  
lator, Messie nomen tibi vendicas. Sabbatū Joan.5.  
quod deus sacrosanctū esse voluit, multis mo-  
dis prophanare non dubitasti, paraliticū, qui  
annis triginta octo ad probaticam decūbens  
iacebat piscinā curādo. Aduersariū es Mo-  
sis serui dei, cuius legem de lapidandis adul-  
teris irritam fecisti, adulteram absoluende.  
Insuper quam corruptissima sit vitę tuę ratio Joan.8.  
atq; malicia, id quod hinc facile est colligere,  
si quis sodalicū et conuersationem tuam inspi-  
ciat, dicente Psalmista. Cum peruerso per ps. 17.  
uerteris. Mā quis maior peccator, q; prin-  
ceps publicanorum Zacheus? Quis manife-  
stior q; Matheus? Quis Iuda magis peruer-  
sus qui te nobis tradidit. Omnes isti de tua  
sunt societate, atq; ita nō vnum sed mltā sunt  
cōtra te testimonia. Nec es de doctrina et lege  
Mosi contentus, peregrinam et nouam mō  
infers doctrinam, qua mediante oīnia confu-  
sa nobis inducis atq; facis. Desiciētibus aut  
omnibus Nouissime venerunt duo falsi te Mat.26.

stes/et dixerunt/hic dixit/possum destruere  
templum dei et post triduum reedificare il-  
lud. Reserbat h̄q aliqua ex parte iusticię for-

**D**eut. 19. **m**am,quia venerant duo, ait nāq; lex, Mō sta-  
bit unus testis contra aliquem, quicquid illud  
peccati & facinoris fuerit, s̄ in ore duorum aut  
tr. um testimoniū stabit omne verbum: hoc est cre-  
dendum est duobus aut tribus testimoniis. Duo  
ergo falsi testes simul iunguntur, nititur q; te-  
stimonio prolatō ostendere, Christum diuinam  
sibi usurpare potentiam. Non em̄ rei humanae  
est tantam templi molem in trium dierum spa-  
cio reedificare. Blasphemię itaq; notam in tē-  
plū dñi illi ascribere hoc testimonio pecurabāt.

**E**t Item quia per hoc videbatur dignus cru-  
cifixione iuxta decretum Darii regis. Prece-  
perat em̄ ille quōdam incensum templum dñi  
reedificare Iudeis, datis sumptib;. Porro te-  
nor sententię eius ira habet. Omnis homo qui  
hanc mutauerit iussionem, ne scz templum edifi-  
cetur domus dei cœli, tollatur lignum de dor-  
mo ipsius, & erigatur & configatur in eo, domus  
aut eius publicetur, hoc est: confiscentur bona  
ipsius. Esto sane iudicij & iusticię formam  
illi præcederent custodirentur, a iusto tñ & equo  
in multis aberrarunt passibus, iuris ordinē ne-  
gliendo, immo contra formam eius egerūt. Te-  
stes etem̄ ne iraus & calumnia locum habeat  
rogati, vocati, iuramento adacti, nolentes &  
scientes deponere debent. Isti aut̄ ingesserunt  
se in negotium, ac sacramentum de testimonij  
fidelitate non exhibuerunt, & que dicebantur p  
eos nesciebantur ab illis ipsis; falsum em̄ iuxta

sententiam A L B E R T I. super Matheū **Mat. 14**  
ignoratur. Hęc inquisitio tam curiosa et dili-  
gens testimoniū, magnam Christi domini laudē  
nobis aperit, in eo, q̄ om̄ia quę fecerit et dixe-  
rit ita irreprehensibilia fuere, ut nullam veri-  
similitudinem inuenirent in eo reprehensiōis  
quamvis illam tā multi, et astuti et inimici, sol-  
licite et mira inquirerent diligentia.

**QVARTO.** examinis agni nostri ma-  
gnitudo/ex singulari Caiphe malicia per-  
spici potest.

C Interrogauit dolose.

Quia Lb̄num Adiurauit maliciose.

C Condemnauit peruerse.

Dicit nanq̄ Euangelista. Exurgens autem **Mar. 14**  
summus sacerdos in medium interroga-  
uit Jesum dicens. Non respondes quicquā  
ad ea que tibi odisciuntur ab hijs/ hoc est,  
quę contra te deponunt testimonia. **BEDA.**

Iratus summus sacerdos et impatiens, nō in-  
ueniens calumnę locum, exurgit de solio ut in-  
saniam mentis motu corporis demonstraret.

**Nihilominus tñ,** vt dicit **IERONIMVS.**  
Ipse deus et saluator noster, qui mundo salutē  
cōtulit, et humano generi sua pietate subuenit  
sicut quis ad occisionem ducitur, sine voce, et  
obmutuit et siluit, sequitur em Ille autem ta-  
cebat et nihil respondit. Nemo arbitret p-

333

peram a dñō id factum esse q̄ siluit, quasi tacēdo approbase videatur calūniosas illas & falsas adtestationes, iuxta illud. Qui tacet p̄sen-  
tire viderur, q̄n̄quidem illud intelligit, in cor-  
rectione, aut in veritate apto tempore dicēda  
Qui em̄ tacet quum loquendum sit, pro se, vel  
cōmuni bono, vel p̄ veritatem, hic prebere his  
que producuntur in contrarium, p̄sensum, &  
ea veluti adprobare iudicatur. Consimiliter &  
ille, qui dum potest alterum corrigere & tacet  
consentire videtur malefactis. delinquentis.

Verum qui consulto & prudenter subricet, tūc  
sc̄z cum loqui plus obesset q̄z prodesset, hic nō  
dicitur consentire sua taciturnitate, atq̄ hoc  
seruato modo Jesus prudenter tacuit & nihil

Lib. 10. respondit. AMBRO. super LVCAM.  
ca. 23.

Non accusationem tacendo confirmat, sed de-  
spicit non reuelando. Voluit etiam tacere, vt  
per hoc suam ostenderet sapiētiā, sciebat nāq̄  
vt deus, quicquid pro sua defensa dixisset, in  
calumniam esse rapiendum atq̄ torquendum.

Habuit siquidem Episcopus ille curiam & cō-  
sistoriū, quod vocant, tale quale dixit PIVS  
PAPA in tempore nostro, simile sc̄z aucupio  
vbi litigatores aues sunt, forū area, iudex re-  
the, patroni hoc est aduocati & procuratores au-  
cupes dicuntur, teste PLATINA. Et ob id  
quāto magis Christus tacebat, ap̄d indignos  
sua responsione, tam testes ipsos quam sacer-  
dotes, tanto magis pontifex furore superatus  
eum ad respondendū prouocat, vt ex qualibet  
occasione sermonis locum inueniat accusandi.

Mam

Nam sequitur Xursus summus sacerdos Mat.26.  
ait illi. Adiuro te per deum viuum ut di-  
cas nobis si tu es Christus filius dei be-  
nedicti. Jesus autem mitissimus, quamvis pro-  
be nosset eos non esse credituros, respondit in iuxta  
THEOPHILAC: adiuratus, ne  
postea dicendi occasionem haberet si audiuis-  
semus aliquid ab eo, cum sic sollicite quesini-  
mus, etiam per nomem dei adiurando, credidisse-  
mus ei. Et propterea dixit Tu dixisti/ verum  
enarr dico vobis/a modo videbitis filium ho-  
minis/ quem purum hominem credentes co-  
temnitis usquequam, sed entem a dextris vir-  
tutis dei hoc est, patris (virtutem namque hic  
patrem dixit) ut scilicet cognoscatis tunc infalli-  
biliter, me humanatum esse filium dei, unum et  
equalem cum patre venientem ad iudicium  
scilicet in nubibus cœli videbit enim Christum in  
forma humana omnis oculus, bonorum et malo-  
rum. Boni quem amauerunt ad gloriam, Ma-  
li quem contempserunt ad terrorem et peccatum.  
Sedebit autem tunc quiescens, qui nunc laboribus  
satigatur. Sedebit a dextris hoc est in potio-  
ribus bonis, qui in sinistra iniuste iudicatur est:  
Sedebit ad dexteram virtutis dei qui ad sinistram  
demoniacæ potestatis nunc adiudicatur est  
Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua volens per hoc ostendere, detestationem  
criminis blasphemie, unde et dixit Blasphemauit scilicet in hoc, quod se filium dei fecit. Quid  
adhuc egemus testibus perinde atque dicere

frustra laborantes insūmimus operam castam  
Ecce nunc audistis blasphemiam nam di-  
uinitatis sibi arrogat maiestatem. Quid vo-  
bis videatur? Querit iudicium ab his qui ei  
siciebant sanguinem, sciēs eos cito mortis ac-  
clamaturos sentēciam. At illi dixerunt reus  
est mortis. Fuislet proculdubio hēc sentēcia  
satis iusta, si causa super qua lata est, vera fu-  
cislet, et verum respondissent supposita facti ve-  
ritate. Omnis ēm qui blasphemat nomen dei  
secundum legem reus est mortis violentę. Ta-  
lis nanc ex lege lapidari debuit. Aut etēm  
lex, Educ blasphemum extra castra et ponant  
omnes qui audierūt manus suas super caput  
eius, et lapider eum populus vniuersus.

**L**euit. 24. 4  
**z. Ma- chabe. 4**  
Porro quia factum in quo cardo toti⁹ ver-  
sabatur negoti⁹, fuit falsum, et sentēcia fuit fal-  
sa: prophana, et iniqua, verificatumq; est illud  
Rex Antiochus Menelaum vniuersę malicie  
reum criminibus absoluit, miseros autem, qui  
etiam si apud Scyras causam dixissent, inno-  
centes indicarent, hos morte damnavit.

**L**ayphas in hoc examine, multa videri po-  
test bene egisse, at res omnino aliter habet. Ju-  
dex nanc sibip̄ fidere non debet. Qui ēm suo  
iudicio et nullius cōsilio omnia vult agere, aut  
deus quidam inter homines censendus est, aut  
temerarius reputandus. Unde ob eā causam,  
qui suo assideant lateri sibi adiūdere debet asse-  
flores, quo veritatem melius p̄uestigare possit  
et discutere, plura enim vident oculi q; oculus

**L**ayphe actio hanc bonitatis for-

nam præferre videtur, q̄ sc̄z scribas contio-  
uerit, iuxta illud. Caussam quā nesciebam di- Job 29.  
ligenter inuestigabam. Item q̄ noluit sine te-  
stib⁹ condemnare, sed vt cōdictum testimonio  
Neq; em̄ satis est, factū iudici eſe manifestum,  
nisi etiam z alijs innoscere possit, vt sic z ce-  
teris, iudicium esse iustum appareat. Item in  
eo q̄ inquisiuit dicens, quid vobis videtur:  
Item q̄ blasphemus puniend⁹ veniat. Omnia  
siquidem peccata quē prohiberi possunt, puni-  
enda sunt, ne impunitas p̄beat incentiu-  
m delinquenti: z p̄sertim blasphemia vt p̄no-  
ratum est. Detestandum etem̄ crimen hoc est,  
noſtris tamē temporib⁹ admodū valdeq; fami-  
liare z leue habetur, adeo vt z ipsi quoq; pue-  
ri citius discant blasphemare q̄ orare, passini-  
nanq; blasphemiq; personant, iuxta illud. Ju- Esa. 52.  
giter tota die nomen meum blasphematur. Rom. 2.  
Quod hodie verificatur dicente IPaulo. Nomē  
dei per vos blasphematur inter gentes. In-  
hoc ergo q̄ ostēdebat Layphas se detestari bla-  
phemiam, bene facere videbatur. Atq; utimā  
patresfamilias z rectores discāt ab eo, ne deīn  
dū talia fiunt secundū rei veritatem (nā coram  
Laypha tunc non fuit blasphemia sed per erro-  
rem iudicabat blasphemiā) impune hęc paci-  
antur, neq; em̄ frustra additum est in leuitico  
lapidet eum omnis populus. Hęc quidem  
vt p̄dictum est videbantur recte fieri, sed rc-  
uera longe aliter omnia habent. Conuenerunt  
em̄ sed maliciose, non vt veritatē agnoscerēt  
agnitam prosequerentur, sed vt ipsam verita-  
tem opprimerēt, iuxta vaticinum prophetę in

p. 21.  
p. 2.

persona Christi. Concilium malignantiū ob-  
sedit me. Et item, Reges terre & principes cō-  
uenerunt in ynum aduersus dñm, & aduersus  
Christum eius.

Apparet prēterea nequitia istorum in eo, q̄ te-  
stes querebant contra Christum. Quis em̄ iu-  
dicum hęc recte facere potest, nā iste sunt par-  
tes actoris, cui incumbit probatio eorum que  
proposuit. Hic aut̄ inuerso ordine omnia con-  
funduntur, q̄demq̄ sunt actores qui & iudices  
¶ Detestādo etiam blasphemā, dolose & ma-  
liciose agunt omnia. Viderunt etem̄ opea Chri-  
sti, ex quibus credere potuerunt immo debue-  
runt ipsum esse filium dei: quēadmodum dixe-  
rat eis, vos dicitis, blasphemas, quia dixi si-

Joan. 10. Ius dei sum: si non facio opera patris mei no-  
lite ci edere mihi: si aut̄ facio, & si mibi nō vul-  
tis credere, operibus credite. Hinc liquet q̄  
ante audiuerant ab eo nominari se filium dei  
& tñ nunc querebant ex eo si filius dei esset: nō  
ad credendum id siebat vel imitandum, sed vt  
extorquerent ab eo verbum hoc, tanq̄ causam  
ad condemnandum, atq̄ ita huiusmodi blas-  
phemie detestatio non fuit ex amore veritatis,  
sed ex zelo malo. Interrogans aut̄ Layphas  
scribas quid vobis videtur: inique egit: in-  
terrogauit eos, quos sciebat cōspirasse in mor-  
tem eius. Ubi implet̄ sunt scripture que hęc  
omnia predixerunt de testibus. Insurrexerūt  
in me testes iniqui & mentita est iniquitas sibi

p. 26.

Figura.  
3. reg. 21. Impletur istud in Typpo, ubi  
ad condemnandum Naboth iustum & inno-  
centem, submissi fuerunt duo falsi testes fal-

se contra eum de blasphemia dei deponentes.  
Atq; hęc omnia Christus pertulit pacienter,  
vt satisfaceret pro iniusta accusatione dei per  
Adam facta. Qum em̄ Adam patrem nostrū  
d̄ns perquireret, cur de ligno verito comedis-  
set? Improbe et impudenter dixit, mulier quā Gene. 3.  
vedisti mibi sociam, dedit mibi: in hoc deum  
sui delicti causam constituens, qui tales ei de-  
dit sociam, quę illi ruinę fuerat occasio. Injuste  
etiam et peruerse Euam accusat cōingem, vir  
ēfi ille erat, et potentior ratione, infirmius aut  
vasculum mulier. Hanc ergo iniquam dei  
accusationem per satisfactionē falsę accusatio-  
nis suę dominus abolendam esse voluit.

**D**e impositione blasphemie et falsa condē-  
natiōe, implet̄ illud. Captabāt in animā p̄. 93.  
iusti: et sanguinem innocentem condemnabāt.  
Nam ipsi potius blasphemati fuerunt, blasphe-  
mantes et condemnantes eum, quę (iuxta p̄  
missionem patribus antiquis factam et in scri-  
pturis expressam) misit pater in mundum ut  
mundus saluetur per illum.

**H**ec referunt̄ seu representantur in missa, R̄ntatio  
sacerdote memoriam cōmemorationemq; eorum in  
viuorum peragente. Nam ibi silentio suo de Missa.  
notat sacerdos silentium Christi agni māsue-  
ti, nihil respondentis falsis testibus corā Lay-  
pha, qui ex impatientia surgēs interrogabat  
et adiurabat Christum. Uel hoc silentiū sa-  
cerdotis cōmemorantis diuersos gradus sta-  
tuum, significat q; Christus diuersa supplicia  
quę tacent Evangeliste prulit in illa nocte.  
**C**ultas igitur sacrificio missę meditetur co- meditatio

Sicutq; hęc omnia, quantus dolor cor dñi Iesu  
cum occupauerit, quanta tristitia ipsum inua-  
serit, quum ille, qui est iudex omnium et veritas  
videbat iudicium peruersti quod dei ē, omnia-  
q; in eo fieri dolose, captiose ac maliciose. Quā-  
tus dolor illi inherat propter falsi criminis impo-  
sitionem. Blasphemie siquidem crimen in se  
magnum est, intantum q; scriptura illud plus  
ries non nominat nomine suo proprio, sed per  
antyphrasim sub h̄ndicitiōis nomine, ut habeat  
de Job. Neforte peccauerint filii mei et benedi-  
xerint deo in cordibus suis. Ac de Iaboth  
in loco iam allegato scribitur. Submitte du-  
os viros filios Belial contra eum, et falsum te-  
stimonium, dicaut, benedixit Iaboth deum et  
regem. Est etiam magnum quoad p̄cenam le-  
galem, quia talis sine omni misericordia lapi-  
dandus erat. Quantus etiam dolor, quum eos  
qui populum dei regere debebant, sic errare vi-  
deret, quū tāq; leones ferocissimi in ipsum fre-  
mebat, terribilibus oculis in eum inspiciebant  
et quasi furore agitati frendebant.

**M**editetur etiā, quo pacto illud, quod vi-  
centes acclamauerūt, reus est mortis, mi-  
risice cor dñi Iesu affligebat et perstrinxerat, cū  
quia mortem nullatenus meruerat, eo q; omni-  
no innocens fuerit, tum quia ille qui erat vita  
omnium, ad mortem tñ turpisimam et vilissi-  
mam condemnabatur, per eos pr̄cipue quos  
venit viuiscare. Tum etiam quia ab omnibus  
condemnabatur nullo reluctante, nemo siqui-  
dem pro innocentē intercedebat, nemo patro-  
cinabat, nemo appellabat, nemo tēmpus de-

**Job 1.**

**3. reg. 21**

**Joan. 1.**

sensionis deposcebat, omnes in malo consenserant, qui nunqz in bono concordabant.

**C** Nec solum hc meditetur sed studeat etiam doctrina conformari. Quare et iudices studeant habere hanc calumniam Christi pre oculis, cauentes ne aliquem calumnia afficiant neve quempia maliciose sententient. Certum est emq si illum qui malus est non debent malo zelo condemnare, (nam tuc esset iniusta occiso ex parte animi) quanto magis ille qui innocens est condemnari non debet. **E**aveat quisqz proximum mendacio ledere, vel testimonio falso illi iniuriari, habita ratione quod fallacij et mendacij Christus morti addicatus est. Eodem similiqz modo qui falsum testimonium contra Christum seu veritatē (que Christus est) pfert Christum morti addicit quantum in ipso est. Aduertat etiam talis sapientis sententiam dicentis.

Testis falsus non erit impunitus, et qui meda puer. 19  
cia loquitur non effugiet vindictam, valde enim perniciosum est proferre mendacium presertim in iudicio.

**C** Insuper vocem illam (reus est mortis) meditado, studeat quisqz pariter et caueat, ne quod vox illa Iudeorū, que insonuit in auribus innocentis Christi, in auribus mentalibz veraciter insonet. Si queris quando hoc sit? tunc reuera quando quis mortaliter peccat, de quo libet emq tali vere dicitur, reus est mortis, etiā triplicis. **C** Primo emq incurrit mortem Ezech 18 anima, testante scriptura. Anima que peccauerit ipsa morietur. Et item: peccatum quum consumatur suerit, generat mortem. **C** Secdo

Fin

mortem nature sive corporis, que cōmuniſt̄ est  
bonis & malis, dicente Apoſtolo, Statutum eſt  
hominiſbus ſemel mori. Tertio incurrit mor-  
tem eternam, mox acce preeſenti vita.

Jaco. 1.

Hebre. 9.

**C**Nec ſolum ea meditetur que pontiſex irro-  
gauit domino iniuste, ſed etiam que impij ſerui  
dulcissimo Iesu fecerūt in domo Eayphē, uſq;  
mane. Tradidit eñ ſceleratissim⁹ pontiſex mi-  
tissimum agnum noſtrum, voluntati ſeruorū  
crudelium, qui om̄es irruentes in eum, & om-  
nem quam conſingere excogitareq; potuerūt  
cōrumeliam inferentes, ac eo amplius gloria-  
bantur quo maiora inferebant cōuitia, afli-  
cioneſ & flagella. Unde primo illuſerūt ei ſicut  
Lucas ait Viri autem qui tenebant illum  
illudebant ei Illuſores ut ait A L B E R.

super Lucam, erant, qui actus & verba eius  
veridendo peruertebant et ceperunt in eum

**M**ar. 14. quidam conſpuere tanq; os illud conſpuen-  
tes quod immūdicicię blaſphemieq; exposuſ-  
ſet. Conſpuebat reuera ſputis non ſimplicib⁹  
ſed immūdiſſimis ac fetidiffimis excretionib⁹  
ſputorum, propter quod Matheus non dicit

**M**at. 26. ſpuerunt, ſed expuerunt in faciem eius, id eſt  
quasi excreando cum toto conatu conſpuerunt  
Nec unuſ tantū ſed plurimi, ideo notanter  
dicit, ceperunt in eum conſpueſe.

Joan. 9.

**C**In quo mediteſ q; magna vilipenſio Chri-  
ſti Iesu fuerat, cū ſic tanq; in vilissimum que-  
piam expuebant. Expuebat quidem & ante  
ſaluator in terram & lutum fecerat ex ſputo, ut  
viſum reſtitueret homini, cui natura lumē ne-

garat. Nunc vero gens Iudeorum sputis cō-  
sputit faciem saluatoris, in eius vilitatem & cō-  
fusionem, siquidem conspuebant in eum tanque  
maledictum & a deo reprobatum. Nam conspu-  
ere alium, est magnum illi vilipendium facere  
Unde Job lamentabiliter asserebat id sibi ad  
sui fieri vilitatem, cum de abiectis hominibus  
ipsi insultantibus diceret. Et faciem meam  
conspuere non verentur, ahi amaro animo di-  
cat, ita sum ab altitudine status mei deiectus  
ad ima, ut ad vilitatis meque exaggerationem  
scu cumulum, etiam iudigni homines meam  
faciem exprobrando & vilipendendo expuere  
non formident.

Job 30.

**C** Ubi attendendum, secundum quod dicit  
**C H R I S O S T O.** Quod Euangelista cū  
summa diligentia que videntur esse probrosis-  
sima exponit, nihil occultans aut verecūdans  
sed gloriam existimās maximam, dominatore  
orbis terrarum pronobis talia sustinere. Unde  
prosequitur **Marcus** et velare faciem eius  
Conspuitam velabant faciem que saluat intue-  
tes, dicente **Mose de Jacob.** Tidi denm facie  
ad faciem & salua facta est anima mea. Illius  
vero faciem velabant, cuius vultum desiderat  
omnis terra, id quod pr̄cessit in figura sive um-  
bra. Scriptum est enī. Omnes reges terrarū  
desiderabant videre faciem Salomonis. Sa-  
lomon vere pacificus erat Christus dominus, cu-  
ius faciem nos etiam optamus nobis reuelari  
ut in eius intuitu feliciter vivamus.  
Alij palmas in faciem eius dabant hoc ē  
Mat. 26. f v

Mar. 14.

Gene. 32.

z.para. 9.

alapis cedebant, atq; verisimile est q; sanguis  
ex ore eius & naribus largiter profluebat.

Alij colaphis eum cedebant dicentes pro-  
phetisa nodis Christe/ quis est qui te per-  
cussit? Prophetę munus temere eum sibi v-  
sur passę exprobant, q. d. fecisti te prophetam,  
popularis aure captator fuisti, oblectabar is in  
laude populi, qui te prophetę nomine dignabat  
prophetisa ergo quis est qui te percussit?

doctrina ¶ Similimodo, licet dispari ratione nos quo-  
q; miseri (qui assidue Christum verberamus  
peccatis nostris, tanq; per ipsa excecati, igno-  
rantes numerū & quantitatē eorum) dicere de-  
bemus, petētes illuminationē: prophetisa no-  
bis Christe, hoc est, da nobis illuminationem  
& nostrorum peccatorū concede nobis plenariā  
agnitionem, ad confitendūq; & recensendū ea  
veram contritionem, Vel etiam clamemus ad  
ipsum, quo nos necessaria ad salutem doceat,  
atq; de rebus agendis utilia pro salute animę  
nostrę erudit. Perro hoc facere debemus a-  
nimo pio & devoto, quod sceleratos irrisores  
Christo fecisse constat animo impio & irreligio-  
so. Diuinam etenī illi rem, spiritum videlicet  
prophetię in iocum & ludibriū rapiebant.  
Quib; persimiles sunt nonnulli leues Christia-  
ni, qui verba diuina & sacros cantus, aliasq;  
res cultui diuino dicatas, in prophaniū usum  
& sepius in iocum ludumq; conuertere non ve-  
rentur. Imitantur & istos miseris illi, qui pa-  
phetias vel miracula tentatiuo animo petunt  
atq; postulant, vel aliqua curiose interrogant.

Et Christus illisibus suis nihil respondit,  
Instruens nos ne indignis sacramenta pandamus,  
Et proieciamus margaritas ante porcos  
atq; sanctum exponamus canibus. Quāuis  
igitur Christus esset verus propheta immo p-  
phetarum omnium dūs et magister, noluit tñ  
irrisoribus suis prophetisare, relinquendo pre-  
dicatoribus et doctoribus suo exēplo doctrinā  
ut pro loco et tpe, sciant indignis auditoribus  
subtrahere verbum dei. Sequitur contextus  
apud Lucam et alia multa blasphemantes  
dicebant in eum hoc est, tempus me desiceret  
si singulas blasphemias sceleratorū recensere  
vellem. Blasphemabant aut̄ reuera non ver-  
bis tantum, sed etiam factis. Credibile nanq;  
est dñm in domo Layphe indignis tractatum  
et exceptum modis. Quid em̄ licentia scelera-  
torum seruorum aggredi non est ausa, ad pbāte  
impio ipsorum h̄ero, et vidente ac permittente  
singula fieri de quib; dictum est. Et ex his  
multo plura suisse dño illata absente Laypha  
non dubitamus, quando omnis reverentia et  
metus, quem serui presentibus dñis obserua-  
re soliti sunt, ablatus fuerat. Unde corpus ei⁹  
sacratis in terram projectum suisse verisi-  
mile est, pedibus insolentiū ministrorū calcatū  
tractum, laceratū, Capillos venerandi capitis  
barbamq; illam decoram alij trahabant atq;  
euellebant, alij scedissimis vnguibus sacras  
lacerabant genas, qum em̄ crudelissimi essent,  
et sine misericordia, omnia que vel excogitare  
vel facere possent mala inferebāt ei, iam ex in-  
la voluntate, iam placendi studio sceleratis ip-

Mat. 7.

Luce 22.

sorum dñis. Passus est dñs in nocte illa  
tanta ac talia mala, quæ nō nisi in die illa ex-  
trema iudicij generalis, narrantibns sanctis  
hominibus, reuelanda credunt, vbi palā om-  
nibus futurum est, quo amore talia tamq; ne-  
phanda sustinere p nobis non est dignatus.  
**C** Non aduerterunt immanissimi illi doctri-  
nam Salomonis, Non est bonum dñm  
puer. 17. inferre iusto, nec percutere principem qui recte  
indicat.

Medita-  
tio.

**V**ideamus hęc ipsa meditantes, quantū il-  
lius erga nos amorē debemus, qui totam  
noctem insomnem duxit, vigiluit eī orando:  
sed nec apud Annam, nec apud Caypham qui  
etum locum inuenit. **O** inessibilis dñi nostri  
humiliatio. **Q**uam admirabilis pacientia  
veri agni, qui se obtulit voluntarie ad tā mul-  
ta obprobria, nec aperuit os suum, dum alapis  
et colaphis cedcretur. **H**ęc mētibus nostris in-  
scribamus atq; infigamus, loquamur de illis  
scđulo, et in ipsis gloriemur. Gloriantur qui  
de scelerati illi, quo peiora domino inferrent,  
Nos gloriemur q Christus Jesus creator et do-  
minus ac redemptor noster, p nobis tanta pati-  
dignatus est, Lui gratias sup his agentes di-  
camus humili mente pater noster.

**C**In hoc examine apud Caypham: ma-  
gno et notabili, probatus est et ostensus agnus  
noster, dignus esse immolatione, pro mundi salu-  
te. Nam deum ipsum esse et hominem innocen-  
tem audiuerunt cum dixerat secesserū se ad dex-  
teram dei, utpote quē nec falsa testimonia po-

terant conuincere de aliquo criminie.  
Sed nec huusmodi examen et probatio vici  
me nostrę semel facta est, ut pote in nocte tantum  
verum et iustum illucescente die. In quo deno-  
tatur vehementia dei siderij et machinationis  
eorum in mortem Christi. Nam quemadmodum  
aut GREGO. Sicut vis amoris interio- Odis 25.  
nem multiplicat inquisitionis, propter quod  
amanti semel aspexisse, semel quesisse non suffi-  
cit. Ita odi⁹ liuor, vindictam quam una via  
inserre non preualeret, alia attentat, nec satis ē  
odienti semel attentasse, sed attentare nō cessat.  
donec concepra si potest odia ducat in opa vin-  
dicādi. Dicit ergo Matheus. Mane autem Mat. 27  
facto concilium inierunt omnes principes  
sacerdotum et seniores populi aduersus  
Iesum/ ut cum morti fraderent. Quomodo  
aut consulebant, interrogabant, condemnabāt  
narrat Lucas. Ut factus est dies sc̄ post no-  
ctem qua affixerunt cum verberibus, et spuris  
et illusionibus, conuenerunt seniores plebis  
i. prefecti tribuum, et principes sacerdotum  
et duxerunt illum in concilium suum. Mo-  
tanter dicit suum, quia ibi deus nullas habe-  
bat partes, sed omnia occuparat tyrannis et in-  
justicia. Dicentes si tu es Christus dic no-  
bis et et ait illis si dixero vobis non crede-  
sis mihi/ si autem interrogaueris non res-  
pondebitis mihi nec dimittetis. Tanc⁹ obsti-  
nati ad necem inferendam mihi. Sensus ergo  
verborum dñi ita habet, frustra interrogat, nō

crediturus vere responsioni, quales vos eris,  
si enim dixeris vobis quis sum, non credetis mihi, quia inimici estis veritatis. Nam plures  
**Joan. 10.** dixeram hoc ipsum, dum dixi, Ego et pater vnum  
**Joan. 5.** sumus. Et iterum, opera que ego facio in nomine patris mei, ipsa perhibent testimonium de me et similia id genus. Propterea cum prius audiuitis, et oportebat vidistis, nec tamen credidistis, quomodo ergo nunc verbis meis credetis? Et si interrogaueris testimonia ex scripturis, qualis sit promissus Iesus Christus, et an ea signa competant mibi non respondebitis mihi, Nam ante plures interrogati tacueritis, potissimum dum de **Joan.**  
**Luce 20.** nis baptismate, an de celo sit vel ex hominibus? verteretur inter vos negotium.

**Mat. 22.** Item dum quererem ex vobis, quomodo dicerebant Christum filium David, quem ipse David in spiritu vocauerit eum dominum suum. Nec dimittetis si meam declarauero innocentiam. Non enim hoc agitis interrogando, et in legitimo iudicio fieri consuevit, ut cognita veritate vel absoluatis innocuum, vel puniatis nocentem sed quod facere maliciose decreueritis, iusticie titulo facere videamini, ne agnoscatur vestra malitia. Ideo illud vobis non dicam, dicam  
**Luce 22.** autem istud, ex hoc scilicet tempore erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei, in maiestate diuinae. q. d. secundum **TEOPHILA.** Ex hoc tempore non est tempus sermonum et doctrinæ de hoc quis sum: si enim volueris iam fuisse cogitus ex signis et miraculis, Iudicij autem tempus est ex hoc tempore. Videbitis igit̄ filium hominis sedentem a dextris tecum. Hec dixit

Jesus cōminando, sed ipsi tanque cœci nō aduer-  
terunt cōminationem futuri iudicii, tantū ad  
hoc quod mente conceperant explicandū, tota  
serebantur intentione mentis. Ideo putantes  
quia vox illa suisset idonea ad calūrias dum si mō  
profiteretur aperte se esse filium dei Dixerunt  
autem omnes irrisive et versute Tu es ergo  
filius dei naturalis ver et equalis in maiestatis  
cum deo patre. Christus quidem non dixerat  
in sua responsum se esse filium dei, sed filium  
hominis, tñ ipsi acceperunt hoc ab eo dictum  
esse: in eo quia dixit sedēs a dextris virtutis dei  
Cum em̄ non sit dextrum aut sinistrum in di-  
nina natura, nec sit ibi tribunal positum cui  
deus innitatur, per huiusmodi sessionē et thro-  
num intellexerunt eum significare regiam po-  
testatem et dignitatem omnibus principantem  
parisque honoris cum deo patre: ideo dixerunt  
Tu ergo es tc. Christus autem attemperando seu  
moderando sermonē ut et verum dicat et sermo-  
eius calūmie non pateat, dixit vos dicitis quia  
ego sum A M B R O S I V S. Adaluit Li. p. sag  
Christus se filium dei probare, quam dicere. Lucam  
Et ex hac voce putates se habere occasionē pro capi. 23.  
demandi eū de blasphemia, quo crīmine ni-  
hil atrocius est apud Judeos. Dixerunt ergo  
Quid adhuc desideramus testimonium  
ut per illud reus mortis cōvincatur. Ipsi em̄  
audiimus de ore eius Ex quo manifestum  
est ut dicit T E O P H I L A C T V S.  
quia inobedientes, nullam utilitatē recipiunt cū

eis reuelant mysteria sed maiorem condēnatōnem, ideo eis occultanda sūt, nā hoc est maioris misericordię. Et tādē surgens omnis mP  
titudo eorum Imperū concitati spiritus ferre  
nō valentes durerunt illum ad Pilatum  
**LEO PAPA.** tāq̄ legibus Romanis  
deuoti, omne iudiciū potestati Cesaris reseruant  
res. Sed experierūt executorem seuicię magis  
q̄ arbitrū causę. Offerebant eñm Iesum duris  
nexibus vinctum, collaphis & alapis frequē-  
tibus cæsum, sputis oblitum, clamorib⁹ dam-  
natum, vt inter tot prejudicia quē offres vellēt  
perire, nō auderet Pilatus absoluere, & ita p̄l⁹

**Luce 18.** voluerunt habere tortorem q̄ indicem. Implet  
itaq̄ verbū Christi p̄dicētis quia debuit tra-  
di gentibus. Mirorq̄ modo egit saluator,  
q̄ crucifigi voluit ab omnibus generibus ho-  
minum vel statibus, vc̄z a iudeis & gērilib⁹, sub  
quibus continetur omne gen⁹ hominū, ad de-  
signandū q̄ ipse crucifigendus erat pro salute  
omnium hominum cuiuscunq̄ status fuissent.

**C** Et ex hac traditiōe Christi Pilato, etiam  
ostēsum est Christū fuisse hostiam dignā ad im-  
molandū, ex parte tēporis, quia sc̄z aduenerat  
tēpus quo immolari debuit, cū vc̄z Judei am-  
**Bene. 49.** misissent iurisdictionē & regimē populi. nā scri-  
piū est in Genesi, Non auferetur sc̄prium de  
Iuda nec dux de fēmore eius donec veniat qui  
mittendus est. Sic & Daniel vaticinatus est,  
**Danie 9.** Post hebdomas sexaginta duas, occidetur  
Christus, & non erit eius populus qui eū ne-  
gaturus est.

**E**t hoc iam tunc factum fuisse constat ex eo  
q̄ gentiles dñabantur Iudeis non habentib⁹  
regem p̄prium nisi Lēsarem, ad cui⁹ p̄sidentem  
dixerunt Iesum.

**C**irca eductionem Christi ad Pilatum  
referunt Euangeli⁹ exitum miserabile Iude⁹  
vnde dicit Matheus Tunc videns Judas Mat.27.  
qui eum tradidit q̄ damnatus esset scz in  
concilio sacerdotum ⁊ seniorum morti adiudi-  
catus, cuius tñ innocentiam ⁊ sanctitatē probe  
nouerat ⁊ expertus fuit, poenitentia ductus  
sed infructuosa, quia sine spe venie, ⁊ nō ppter  
amorem dei, sed ppter enormitatē ⁊ grauitatē  
facti, ita q̄ illa angustia animi exortum habuit  
processitq; ex humana verecundia ac timore  
peccati, quare fuit infructuosa, refutat id est re-  
portavit Triginta argenteos principibus  
sacerdotum et senioribus dicens, peccauis  
tradens sanguinem iustum.

**T**radiderunt ⁊ alij Chriſtū sicut de⁹ pater  
⁊ Chriſtus seipsum, sed non peccauerūt. Nam  
diuerso fine ac intentiōe hoc faciebat, nō tali si-  
ent Judas, illi em⁹ ex amore, iste ex auaricia ⁊  
perfidia. Nec excusat eum a peccato hoc quod  
pr̄ordinatū fuit a deo. Sed neq; hoc q̄a Chriſtus  
voluit offerri, tanq; volenti non sit iniuria  
Vide sancrum Thomam in 3. parte q. 4. 7. ar-  
ti. 3. ad 3. ⁊ arti. 6. ad 4.

**Q**ui quidem Judas dum suum publice co-  
scinetur peccatum illi irridentes dixerūt Quid  
ad nos/ tu videris id est, Quid ad nos de tuo

facto, si nocentem vel innocentem tradidisti, et  
bi videre pertinet factum tuum et curare de te  
ipso H I L A R I V S. Hec professio eorum  
audax et ceca fuit, hoc est processit ex audacia et  
ceccitate: emisse se iusti sanguinem audiunt et in  
extra reatum se esse credunt, et in videntे scelos  
constituunt, scz dicentes, tu videris, nec intel-  
ligere voluerunt, q̄ si ille peccauit tradens iu-  
stum sanguinem, multo amplius peccauerunt  
qui emerunt, et precium offerendo, discipulum  
ad proditionem puocabant. Et ideo Judas vi-  
dens se derisum lapsus est in desperationem.

**O**melia  
25. super  
**M**ath.  
Et projectis argenteis in templo recessit  
et abiens laqueo se suspendit O R I G E.  
Forsitan inquit Sarbanas qui post panem in-  
tinctum fuerat ingressus in Iudam, presto fuit  
ei, donec Jesus traderetur Pilato, et postq̄ se-  
cit quod voluit recessit ab eo. Recedente autē  
Dyabolo intellexit et vidiit, quoniam tradet san-  
guinem iustum peccauit, et condemnatus esset  
a deo, nō habens Dyabolum in se operantem  
Potuit enim id sensus eius intelligere, et potuit  
recedere dyabolo capere paenitentiam, et refer-  
re triginta argenteos bis qui dederunt: et po-  
tuit dicere peccavi recedere dyabolo, quod pri-  
usq̄ recederet dicere nō potuit, nec enim adhuc  
implente dyabolo cor eius potuit dicere pecca-  
ui tradens sanguinem. Sed non hoc dicimus  
quando dyabolus recedens ab aliquo tali, ne-  
quaq̄ ei insidiatur, sed obseruat iterum temp⁹  
si potuerit iterum se opponere ei, et postq̄ cog-  
noverit quis, secundum peccatum suū, obseruat

etiam tertie deceptiōis locum in eo Dyabolus.  
Exēplum de Lorinthio ibidem in Origene ap-  
plicatur ad Iudam.

**C**Porro quid utilitatis vel doctrinę nobis  
hystorica narratio exitus Iude adferat videa-  
mus. Proculdubio narrant hoc Euangeliste,  
ut cognoscamus Christum dignam esse hostiā  
ex testimonio Iude, quia clamabat eum esse iu-  
stum, et quānis (ut dicit L E O P A P A )  
in impietatis sue persistit perfidia, qui Christū  
non dei filium, sed nostrę conditiōis hominem  
tantummodo, etiā inter extrema mortis sue pe-  
ricula credidit, tñ nibilominus illū esse iustum  
et se peruerse egisse professi est C H R I S O .  
Uide veritatē vndicis fulgentē. Proditor de  
scipso dat testimonium, et eorum qui cōdemnāt  
opilat ora. Cognoscimus similiter in hoc hostię  
huius idoneitatē, quia in facto Iude completa  
est prophetia. Appenderunt mercedem meam tri-  
ginta argenteos. Et dixit dñs ad me, proīce il-  
lud ad statuarū decorum precium quo appre-  
ciatussum ab eis, et tuli triginta argēteos et pa-  
ieci illos in domo dñi ad statuarium.

Zach. II

**C** Tertiū examē Christi fuit corā Pilato  
Contemplemur redeentes. Christi dñi apō  
Presidem Pilatum examen et probationem  
quod alijs examinib⁹ non fuit inferius. Ex  
multis namq⁹ celebritas eius colligitur.

**C** Primo ex parte accusantium.

**C** Secundo ex multiplici et ea quidem diligēt⁹  
inquisitione,

**C** Tertio ex transmissione ad aliū Iudicem  
**C** Quarto ex multiplici disceptatione Pi-  
lati cum Judeis.

**C** Ex parte accusantium. Primo insigne fu-  
it examen Christi: non enim viles personae arc-  
humilis conditionis fuerunt qui accusabant,  
sed principes sacerdotum et seniores plebis hoc  
est, presecri tribuum. Eorum tamen accusatio non  
caret peruersitatis et malicie nota.

**C** 1. Supersticiosi religionē simulātes  
Fuerūt **C** 2. Maliciosi accusationē supponē-  
nānq**C** 3. Peruersi ppositam accusationē  
dearticulantes.

**S**upersticiosi fuerunt, hoc est ficte et simulā-  
te religionis, trepidates timore ubi timor  
non est, Diaculum namque grande sine peccatum  
existimabant domū hominis ethnici ingredi,  
in hoc pollutos se credentes, atque ad manducā-  
dum agnum Paschalem minus idoneos. Nam  
quis nō videt animam rebus exterioribus co-  
inquinari non posse, nisi ab his que ei possunt  
inesse malis. Qd si cibus hominis subintrans  
viscera, non reddit hominem inquinatū, mltro  
minus dominus que est res omnino extraria ho-  
mini id efficiet.

**C** Proinde sciendum in iudiciē et puritatē in-  
ueniri.

**C** Exteriorem et  
Duplicem **C** Interiorem

Quarum prima in externis purificationibus  
et baptismatibus, utpote in lotione manuum,  
vel totius corporis. Altera vero in ornatu  
virtutum consistit.

**C** Ita et Immundices duplex est.

**C** Externa, ut irregularitas quedam  
ab actibus certis, ut ad introitum  
**Quedam** templi.

**C** Interna que in anima est nempe  
que contrahitur ex peccato voluntarie patrato  
ve etiam tantum modo ex mala et inordinata volu-  
tate. Porro interna vere inquinat hominem  
adeo, ut qui inuidia: falsitate: homicidij inten-  
tione pollutus fuerit, externis purgationibus  
nullo pacto internas maculas abolere siue de-  
lere poterit. Nam ergo defedarunt omnem solen-  
nitatem, seviendo in innocentem dominum, nec tamen se  
pollutos arbitrabant tamensi vere polluti es-  
sent. Sicut enim nihil prodest morbidum et to-  
to lacerum corpore, ut lepra aut alia immundi-  
cie maculatum, ab extra eleganti esse vestimentum  
amicu, sic pulchritudo et externus nitor, nihil  
prodest coram deo, ei qui pollutam gestat ani-  
mam peccatisque subditam. Si vero in dubium Mota de  
reuvocare quispiam vellet inquirendo, numquid conscientia  
si conscientiam habuissent se peccasse, intran-  
do domum presidis, et conscientia caruissent oc-  
cidendi Libritum. Nunquid illa conscientia  
excusaret illos necne: Nunc non est presentis  
instituti negotiorum, de erronea illorum disputa  
re conscientia, qui excolant culicem, deglucie-  
tes camelum. Nobis incumbendum erit atque  
Mat.24.

**H** iij

Toto pectori instandum, potius cordis habere  
munditiam, q̄ corporis et eam que externa est.  
**C** Secundo erant maliciosi suppressendo ac-  
cusationem. Nam in genere tantum calumnia-  
bantur potius quam accusabant. Tidens enim  
Pilatus se contemni in eo q̄ non intrarent ad  
eum, importunitati tamen eorum cōdescendēs.  
**Jean.** 18. exiuit ad eos foras dicens. Quam accusa-  
tionem afferitis aduersus hominem hunc  
Solerter satisq̄ prudenter presidis obit Pilat-  
tus munia. Spectat namq̄ ad officiū presidis,  
ex equitate oblatum reum, et non pro voto offe-  
rentium condemnandum, nisi probabilis inf-  
veniat occasio, easq; de causa inquirit, quam  
accusationem: tc.

**Mysteri** **C** Mira dei dispensatione factum est, dum Pi-  
tum inter latum inquiredo dicit, quam accusatiōm affer-  
rogatio-  
tis aduersus hominem hunc, non dicens, sim-  
nis. pliciter aduersus istum. Neq; dicens aduersus  
hunc latronem, vel aduersus vincum hunc:  
sed dicit hominem hunc: Tangit nempe hoc  
dicto corda accusantium, humanę faciens mē-  
tione conditionis, quo sciant eum esse proxi-  
mum et proinde non debere illi iniuriari, neq;  
esse nōumento in aliquo. At illi tanq; iniuria  
essent passi a preside, q̄ illis non satis vel sim-  
pliciter crederet, sed accusationem ab illis au-  
dere cuperet: in hunc modum loquitur illi.  
**S**i non esset hic malefactor/non sibi tra-  
didissemus eum. Simile est huic quasi dice-  
rent. Nos non mouemur inuidia, non agita-  
mur odio, nec sumus in facto precipites, matu-

**F**a deliberatione omnia et consilio sano agim⁹  
Perspectra est et explorata ad vngue nobis ma-  
licia eius, igitur aperte cognosce. Quod si hic non  
esset malefactor, nesci⁹ tibi tradidissemus eum.  
**E**n aduerte quomodo celant et suppressunt ac-  
cusationem tumultuant⁹ sermone.

**D**amnata Iudeorum procacitas que in-  
nocentem persequi non desinis, nec obprobrijs  
exsaciari vis tuis: que veritate carens, et iusta  
causa querelę, ad cōmenta te conuertis fallacie  
Dic in quo malefactor est: an in eo quod decalogi  
diuinorum p̄ceptorum obseruator fuerit san-  
ctissimus. Nunquid in hoc quod venerit legē im-  
plere non soluere? Vel quod vobis sedentibus sup  
zā doysi cathedram debitum honorem a plebe  
p̄ceperit persoluere: ne propter malefacta  
vestra, obedientię relaxaretur disciplina. In quod  
rogo malefactor: vestrorum infirmorum cura-  
tor, sanitatum donator, qui vestros mortuos de  
mortis eruens imperio, ad fidem vos cordaq⁹  
vestra pro eterna resurrectione optinenda con-  
vocabat. Age, dicite adhuc in quo malefactor  
ubi sunt homicidia eius: ubi seditiones: ubi  
furta: ubi rapine: ubi adulteria: ubi scelus  
in deum vel in hominem patratū: In quo ma-  
lefactor: aduersus quem paulo ante coram Cay-  
pha tuis falsis testibus defecisti. Cur igitur non  
reformidasti malefactore eum dicere coram Pilato  
p̄side, cuius vita omnino labē ignorat. Quod  
ergo nunc dicitis, si non esset hic malefactor,  
quem Deus perdendum p̄cipit, non tibi tra-  
didissemus eum. Nos qui sumus legis diuinę  
obseruatorē, sanctissimi, maximi et diligētis.

imi cultores. Unde et Pilatus considerans illos maliciose et illegitime procedere, respondit Accipite eum vos qui de talibus curatis accusatiōibus legis vestre et secundum legem vestram iudicat eum per hoc intendens quod ultra legis prescriptum nihil infligerent ei. Dixerunt Iudei nobis non licet interficere quemquam Audientes Pilati vocem ut secundum legem suam iudicarent eum, ideo non in legem deliquisse peccasseque ipsum offendere nituntur, quod uero peccatum eius non sit iudaicū. Et propterea dixerunt: nobis non licet interficere quemque. Non enim contra legem nostram peccauit istius, ut per legem et secundum legem condemnetur, sed eius crimen publicum est, quod se dixerit regem, quare tanquam publico criminis obnoxium ipsum accusant. Quāuis enim pro certo delicto licebat eis occidere delinquentē in legē, quod patet in Stephano, quem lapidauerunt:

**Actuū. 7.** rebelles autē Læsari, nequaquam integrum licet quod erat eis cruci affigere. Iudei igitur ex ipsis prava voluntate, non lapidare Christum destinauerunt aut contenti erant, sed morte turpis sima infamatum condemnare peroptabant, dicentes. Nobis non licet et c.

**C** Tertio fuerūt et permisi in dearticulatione accusationis. Pilatus namque audiens quod dicebant, nobis non licet occidere quemque, intellexit eos optare penam publicam secundum leges Romanas, ideo dixit. Quid enim mali fecistis nos accusatis eum et morte dignum censetis, quam nō ad vos, sed ad me, pro officio meo imp

ferre pertinet, dicite ergo quid mali fecit: ut et  
ipse audit a accusatione respondeat, et sic dis-  
cernere possim an dignus sit morte necne,  
Propterea Iudei hoc audientes, posuerunt in  
speciali, accusantes eum in magnis tribus ar-  
ticulis hunc inuenimus per facti evidentiā Luce.23.  
et veritatis examinationē subuentensem gen-  
tem nostram nouas leges docendo, quib⁹ po-  
pulus rebellare incipiat et prohibentem tri-  
buta dari Cesari contra ius nature, quo gu-  
bernatores reipub. habent ius percipiendi tri-  
buta pro necessariis virę et status sui decentia.  
et dicentem se Christum regem esse In tri- tertiū.  
bus his accusationibus talem habebant cōsi-  
derationem, q̄ ex prima quies regni turbareb⁹,  
quēqđmodum et Naaman accusabat gentem  
Iudeorum coram rege Asuero dicens. Est po-  
pulus, per omnes provincias regni tui disper-  
sus, nouis legibus vrens et ceremonijs, et insu-  
per regis scita contemnens, et optime nosti, q̄  
hoc non expediatur regno tuo, neforte insolecat  
per licentiam. Ex secunda, q̄ Cesar utilitate  
regni priuaretur. Ex tertia, q̄ Cesar a tota  
potestate regni exueretur. Conflauerunt igit̄  
maliciose mendacia, quorum quodlibet maxi-  
me iudicem mouere posset ad perdendum eum.  
**C**Impletum est illud prophetę: fraudulēti va-  
sa pessima sunt, ipse em̄ cogitationes concinna-  
uit, ad perdendos mittes in sermone mendacijs  
Tico q̄ mendacia concinnauerunt subuersi a  
dyabolo, non em̄ fecit Christus nisi regni dyab-  
oli subversionē, que conuersio verius dici q̄

subuersio debet. Nam subuersio non est ubi ad  
deum ordinatur conuersio hominibus: Ille enim  
est verus ordo hominis cum ad deum ordinaretur.  
Tenerat autem ipse omnino conuertere ad deum  
vita, moribus, factis, dictis in veritate, inces-  
santer clamando quo conuerterentur ad domi-  
num legemque eius. Non subuertebat gentem,  
cui nouam scalam parabat ascensionis in cœ-  
lum: cui si innixi fuissent, subuersi non fuissent  
a regibus gentilibus, qui eos multociens cap-  
tuabant propter legis transgressionem.

**Luce. 20.** Nec tributa prohibuit dari, qui non solum vero  
bo docuit reddenda quae sunt Cesaris Cesari,  
verum et ipsem et cum esset liber, ad vitandum

**Mat. 17.** tamen scandalum, dedit dydrachma. Etiam post  
quam in caelo triupharet dixit per suum apo-

**Roma 13.** stolum, reddite omnibus debita, cui tributum  
tributum, cui honorem, honorem.

**apoca. 19.** Nec (licet hic esset rex regum et dominum dominantium)  
aliquando se regem asseruit, sed potius fugit, cum  
prænouisset turbas magno miraculo motas, ut  
**Joan. 6.** cum sibi regem constituerent. Hinc videre est,  
quam notabile examen fuerit Christi ex parte  
accusantium.

**C** Secundo hoc examen apud Pilatum  
fuit magnum & notabile ex multiplice &  
diligenti inquisitione facta per Pilatum.

**C** Siquidem Pilatus audiens eorum impor-  
tunitatem, ad Christi examinationem ordinario  
**Mat. 27.** iure se contulit, unde dicit Iesu Non audis  
quanta isti aduersum te dicunt testimonia  
i. sceleris & peccata. Jesus autem non respo-

dit ad ullum verbum nec ad sui excusationem  
nec ad dictorum confutationem, nec ad dicentium  
improperationem ita ut miraretur preses ve-  
hementer. Mirabat namque secundum ORIGE,  
quod constitutus in tanta necessitate non respon-  
deret, cum alioqui eloquens existens, faciliter  
refellere potuisset. Mirabatur adhuc, cum vi-  
deret, quod in causa capitum non turbaretur, sed fir-  
mus permanens, non mutato vultu, non trepi-  
dando nec titubando coram iudice staret.

Introivit ergo Pilatus in pretorium, rece-  
dendo a Iudeis et vocauit Jesum iudicia-  
liter, vel tanquam index, ut sic exquisitus rimaret  
iuxta illud. Lansam quam nesciebam, diligen-  
tissime inuestigabam. Et ut Jesus quietus re-  
sponderet amoto strepitu Iudeorum, unde di-  
xit Tu es rex ille Iudeorum scilicet quem dicunt  
Iudei se expectare. Non fecit mentionem du-  
arum primarum accusationum, eo quod depeuderet  
ab ista. Si enim rex esset, pro certo commoueret po-  
pulum ad se, et sibi tributum vendicaret. De  
rege autem quererebat, quia iam vulgatum erat, quod  
regem natum magi adorauerunt, et quod Herodes  
hac de causa pueros occideret. Timebat enim ali-  
quem de semine David, terrenum regnum occu-  
paturum, et licet sciuerat Herodem occidisse pue-  
ros, ubi credebatur et ille occisus, potuit tamen  
estimare aliquem occultatum, sicut de aliis hy-  
storiis narrant ut de Lyro, prout ex Justino et  
Sabellico historicis videre est.

**T**Idem narrat sacra historia de Athalia que 4. reg. 11  
omne semen regium delegerat, occultato Joas

regis Ochosie puer.

**Ioan. 18.** Respondeit Jesus/ a temetipso hoc dicis an  
alij tibi dixerunt de me. Ordo rationis expo-  
scit, et iusticia vera requirit, ut omnis interro-  
gatus, causam et rationem interrogatiois ag-  
noscat: aliter enim apte non responderet, nam iuxta  
aliam et aliam interrogatiois rationem, aliter et  
aliter aptanda est responsiois moderatio. Alio-  
nangmodo est respondendum insidiose inter-  
rogantibus, alio veraciter et non ficte: et honor  
est interrogati, si de his qui non nouit, ipsum  
interrogantem interroget: Et quia ex du-  
plici causa aliquis interroget. Quandoque ut  
sciat quod prius ignorabat: sicut quando dis-  
cipulus magistrum interroget ut addiscat.  
Quandoque interroget aliquis de re scita, ut  
sciat responsionem eius quem interroget, sicut  
magister interroget discipulum.

**Hebre. 4.** Quia vero Christus dominus sciebat, et id quod  
Pilatus interroget, siue rem interrogatam:  
et id similiter sciebat quod Pilatus responsur  
erat. Nonne interrogabat igitur aliquo predicor-  
um modorum, quasi ignarus, quia omnia  
nuda et aperta sunt ei. Sed ut ex responsione  
Pilati nos cognoscamus, quam opinionem ha-  
bebat de regno eius, et Iudei et gentiles, et ut  
**Joan. 18,** per Pilatum Iudei accusarentur. Respon-  
dit Pilatus nunquid ego Iudeus sum.

Quia Christus quesivit ab eo, an a temetipso  
hoc dixisset, ideo Pilatus ostendit, quod non pro-  
nebat ad eum querere an esset rex Iudeorum,  
sed potius ad Iudeos, quorum se regem dice-

bat: dans q̄ hoc intelligere, q̄ ab alijs sibi dī-  
cebarur. Ideo subdit gens tua quę te ab alie-  
nis defendere deberet. et pontifices tui tra-  
diderunt te mihi p̄ malefactore. Tu ergo dic  
quid fecisti: q̄ scz tot z tanti tuam mortem si-  
ciunt. Deinde Christus non respondit ad illud  
quid fecisti? quia sic dixisset omnia benefeci,  
creando, gubernando omnem creaturā: z spe-  
cialiter Iudeis benefeci in multis, ex patre meo  
Qd si dixisset, dedisset Pilato occasione libera<sup>sliz</sup>  
di se, istud nō facere noluit. Oblatus em est ga  
voluit, Respondit th ad aliam questionē prin-  
cipalem de Regia dignitate Qd si Pil-  
atus credebat Iudeos accusare Christum, af-  
fectati regni temporalis dñio, quo regnaret mo-  
re carnalium principum in hoc mundo. Ideo  
Respondit Jesus Regnum meum nō est  
de hoc mundo hoc est, fideles mei in quibus  
ego regno, non sunt de hoc mundo p̄ affectū z  
imitationem: sed sunt tñmodo illi; qui terre-  
na omnia z mundana cœlestium desiderio con-  
temnunt. Nec est præterea regnum meū de hoc  
mundo, secundum Origenem, quia potestas z  
auctoritas qua sum rex, non habet originem ex  
causis mundanis z electiōe hominum, sed ali-  
unde ab ipso vc̄ eterno patre, nam Si reg-  
num meum esset ex hoc mundo / ministri  
mei utiqz decertarent/ vt non traderer Ju-  
deis. Nam quia talibus non sum cinctus mi-  
nistris, ideo palam z ingenuo fatior dicens.  
nunc autem regnum meum non est hinc

non est ab insimis, sed cœlitus et ante secula rex  
sum, multo clarior et maior quam tu suspicaris, ob-  
hoc nihil est quod tu et qui quis alter vereatur do-  
minium meum. Dixit ei Pilatus / ergo rex  
es tu? Respondit Jesus / tu dicas quia rex  
sum ego. Rex quidem ego sum, verum non ra-  
lis qualem colligis ex verbis et responsione mea  
carnalem vocem: sed sum rex singulari et alio modo.  
Quia ego in hoc natus sum, natura rex sum  
et generatione, non populi adplausu et acclama-  
tione in regem electus. Ex eo namque non natum sum  
ex patre qui est rex, regem me esse testatur na-  
tivitas. Sicut enim ex deo genitissimum dominus, pa-  
tri consensu et ratione ex rege rex prodigio. Est stat  
itaque non esse regnum meum temporale et adq-  
suum, quasi scilicet prius non fuisse rex, et postea  
sub tempore adquisitum optimissimum regnum  
a populorum suffragiis, sed naturale scilicet re-  
gnum meum quod habeo ex nativitate eterna.  
et ad hoc veni in mundum per carnis assum-  
ptionem per testimonium perhibeā veritatis/  
hoc est quamvis rex sub ab eterno genitus, ex  
ripe tamen nasci volui, quo persuadere salubri do-  
ctrina hominibus possim me dñm et regē esse  
vniuersorum: et ut ex hoc tandem doceam ve-  
ritatem, ut euangelium anniciem id est, letat  
legationem, peccatorum scilicet remissionē, regni  
ccelestis ad proximationem, necnō eiusdem aper-  
tionem. Ne suspiceris igitur me ideo venisse  
ut imperium, secundum splendorem et pompam  
regum et principum mundi huius, qui se ter-  
ribiles et formidabiles (collectis copijs) varijs

Nationibus reddere soliti sunt, quā ego vēni docere veritatem, atq; eo pacto doctrina mediāte adducere ad regnum meum, omnes illos qui veritati per fidem synceram suscep̄t, locum & nomen dederunt. Omnis qui ex veritate est audit vocem meam sensus est, neq; em omnes audiunt vocem meam, aurę interiori credendo, & opere implendo. Illi tantum hoc faciunt, qui sunt ex veritate, id est ex deo, non per creationem solum, sed specialem quoq; gratiam, ac per affectum & imitationem. Et h̄i sunt omes quos deus illuminat, eisq; donat cōtempnere res mūdi huius vanas & caducas, illaq; toto pectori vera bona & eterna sitire: h̄i soli sunt qui audiunt vocem meam tanq; mibi subiecti. Reconosco omnes tales de regno meo spirituali fore, & in talibus ego, sine pr̄iudicio regni L̄sarī, regno iugiter Dicit ei Pilatus quid est veritas? Hoc est que est illa veritas, per quam quis regnicola regni tui reddit. Procul dubio intellexit Pilatus Christum dicere esse regem in doctrina veritatis, atq; ideo perquirit de illa veritate, ut possit effici de regno eius. At tñ respōso nō expectato p̄gredit foras

**C H R I S O S T O M . V S** vidit Pilatus, quid sit veritas difficultē esse questionem & longo tempore indigentem esse rationem, ideo timens dispendium temporis, an auditū responsum festinavit ad Iudeos exire.

**H**anc traditionem Christi Pilato factam, traditio-  
per pontifices, & ea que facta fuerūt in hoc nis Christi in mis-  
primo examinē Christi coram preside, sacer-  
st. in mis-  
sa.

dos designat, quando prima viuorum absolu-  
ta memoria, stans erexit prosequitur canonem,  
legens. Et omnium circumstantium re.

**Contem**  
**platio.** **H**oc loco meditandum venit, quomodo Christus obprobriose et contumeliose ducitur est,  
**Mat. 27.** nam ut Mathewus dicit, vincutum adduxerunt  
eum et tradiderunt Pontio Pilato presidi.

Licebit contemplari magnam domini confusione et  
ignominiam, quod publice vincutus, ductus et omni-  
bus conspicuus fuerit: que etesim prius acta fue-  
runt, acta sunt et nocte, et intra pontificum do-  
mos, Vinctus namque ductus est ad civitatem ex-  
horto: vincutus ab Anna ad Eaypham, nocte  
tamen. Nunc autem eductio in die facta vinculati do-  
mini, maiorem ingerebat publicam confusio-  
nem. Adiutori namque perfundi rubore noscimus  
viros graues et prudentes, dum patiuntur aliquos  
indignitatem, quod eos qui et generis et reputa-  
tionis sunt infime et incognite. Repentina etem  
mutatione, ex honore in ignominiam, hominis no-  
bilis et ingenui, multum affligit atque ulcerat a-  
nimam.

**S**ic ante dies aliquot, magnus honor Christo exhibitus est, dum exceptus cum gaudio pue-  
ris clamitantibus, Benedictus qui venit in no-  
mine domini, a turbis precedentibus et sequentibus  
fuerat. Nunc vero quod repentina mutatione  
post diem sextum, dicitur vinctus latronis mo-  
re, non ut rex, sed tanquam iudicandus malefactor  
peccatum: qui non ut pridein Saluator per Osana-  
na in excelsis fuit salutatus, verum ut homi-  
cida et malefactor occidens presidi presentatur.  
**M**editandum est, quam humilitate habet

**D**ñs, ante pr̄fide m̄ dixi: capite in terrā, paſſis distorti ſue crinibus, facie fedatus, ſputus velut leproſus, ſeuientium tñ contra ſe voces, ceu agnus māſuetiſſim⁹ tollerauit paciētiſſime

**C**um itaq; ignomiňe & doloris dñō noſtro irrogare, humilitatq; cū aſtaret iudici memo-  
res, agamus ſue bonitati gratias roga-  
ntes, vt cum noſ ſuo tribunali terrifīco aſtare volueri-  
ne eternis addic-  
tos p̄nunciet ſupplicijs, ſed  
cum electis ſuis iu cœleſtibus, noſ efficiat con-  
ſortes. Premys proin. Pater noſter.

**C** Tertio illud examen fuit inſigne dñi noſtri, propter illius miſſionem ad He-  
rode regem a Pilato præſide.

**C** 1. Inductionem transmiſſiōis ſeu  
Ubi vide= delegacionis.  
bim⁹ qua z. Christi ab Herode ſuceptiōm,  
tuor. 3. Accuſationem eius.  
**C** 4. Irriſionem.

**C** Circa prium, dicit textus Joannis, Ioan 18:1  
Cum hoc dixiſſet Pilatus quid eſt veritas?  
Iterum exiuit ad Judeos ut pro innocētia  
Christi loqueretur. et dixit eis / ego nullam  
inuenio in eo cauſam. Nec mirum, quia nec  
princeps huius mundi quicq; in eo habuit.  
**C** En Pilati teſtimoniū innocentię Christi, q  
quod probatus extitit agnus noſter, immola-  
tione eſſe dignus, pro humani generis libera-  
tione. Magnū reuera teſtimoniū, q̄ bō gētilis,

tutor recipub. procurator Iudee, legatus Celsa-  
ris, totiusq; senatus Romani, cultori dolorum,  
ignarus diuinæ legis, prophetiæ, scripture nul-  
lam habens peritiam, fert testimonium domia  
no nullam in eo inuenire se sceleris notam.

**Luce. 23.** At illi iniurialescabant dicentes.

Commouit populum docens per vniuer-  
sam Iudeam / incipiens a Galilea usq;.  
huc. Perinde atq; dicerent accusatores , miru-  
est quod innocentem pronūcias cum, q publice  
seditionis est. Turbavit siquidem pacem popu-  
li, excitauitq; seditionem , & si non armis aut  
verbis, sed verbis, docens per vniuersam  
Iudeam, conturbante & seditionis doctrina sua  
tranquilitatem reip. non in una parte tantum  
sed per totam Iudeam. In hoc autem aperte meno-  
datum dixerunt , nam neq; doctrina eius, nec  
apostolorum illius seditionem, sed pacem ubi-  
q; tenendam & seruandam docet, adeo ut si ho-  
mines iuxta Euangeliū p̄scriptum viuere vel-  
lent, bella & seditiones nunq; essent, quia sic vi-  
vens mallet quilibet cedere aduersario , prout

**Matth. 5.** id ipsum Euangelica docet institutio. Esto con-  
sciens aduersario tuo cito dum es in via.

Et ibidem. Si quis voluerit tecum conteni-  
dere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimit-  
te ei & pallium. Hoc si a nobis obseruaretur  
nullus impeteret alii iniuste nec inferret bellum

Unde & de Apostolis, missisq; a Christo p̄di-

**Esaie. 52.** catribus sui verbi scribitur, q speciosi pedes  
& ad Ro. euangelisantium pacem, euangelisantiū bona  
so.

**C. Petri. 2.** Item Petrus princeps apostolorū inquit,

Serui subditi estote dñis in omni timore, non  
rancum bonis et modestis, sed etiam discolis.

Paulus item. Obedite prepositis vestris. Hebr. 13.

Falso igitur notam seditiosi hominis, et docri-  
ne illi imponebant. Nam quanvis novo crimi-  
ne accusarent Iudei dñm, Pilatus tamē noluit  
examinare eū de illo: eo q̄ perspectam et Lbri-  
sti innocentiam et illorum maliciam probe ha-  
beret, gaudens igitur se occasionem nactum li-  
berandi ab iniquo et importuno iudicio, remita-  
tit illum ad Herodem. Hinc pater, domi-  
num ad alium Iudicem esse remissum occa-  
sionaliter tantum, et euasorio modo, ut sc̄z de-  
clinaret preses iniustum iudicium, ad quod agen-  
dum compellebatur a Iudeis, et nullā dignam  
et veram remittendi rationem inveniret. Non  
essi sufficiens causa fuit tumultus populi qui  
inualescens clamoribus dicebat commouit po-  
pulum et. Reuera Pilatus cognita Christi  
innocentia ex iusto et equo nullatenus debuit  
curare clamorem illorum, ut sic innocentē vi-  
ctum mitteret ad alium iudicem.

## C Secūdo videamus susceptionē Chri- sti ab Herode.

Xvii  
C Susceptio Christi ab Herode in sui princi-  
pio grata exxit, Gaudebat enim Herodes viso  
Iesu. Magnum est reuera videre Jesum, eo mo-  
quo amatores eius ipsum videre volunt, que-  
admodum dixit ipse. Iterū video vos et gau. Joan. 16.  
debit cor vestrum. Tales namq; amatores que-  
runt videre eum sine bono, ceu fontem omniū  
bonorum, sed longe dispari gaudio Herodes

quebat videre ipsum, nimisrum ex sola curiositate, quia multa de eo audierat ex celebri fama: sicut curiosi homines audientes ex celebri fama de homine vel loco aliquo excellenti, cupiunt videre et hominem et locum, non utilitatis gratia alicuius capiende, sed pascendorum ocularum tantummodo ratione, prout narratur de Tito Livio, ad quem videndum quidam de ultimis finibus Hispaniarum et Galliarum venisse dicitur. Ita Herodes spectabat se visurum aliquod signum a Christo. Superuacaneę tamen quebat Herodes signum, cum ante se signatum haberet, ipsum scilicet Christum dominum, cuius multa iam signa precesserant in veteri testamento: in quem si vera luce fidei aspexisset, omnino vero fuisset perfusus gaudio: nec quesuisset aliquid videre signum, contentus existens signato, sicut iustus fecisse legitur Simeon, dicens,

**Luce. 2.** Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum, in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, Lumen regnum. Non enim sunt necessaria vestigia, querentibus eum cuius sunt ipsa vestigia, cum iam illum ob oculos habet. Sed quia quem signabant ipsa signa Herodes non nouerat mente, obiectum oculis corporeis, propterea signa querebat: ad quae facienda ut facilius Christum adduceret Interrogabat eum multis sermonibus scilicet de variis rebus. Voleuit namque exploraram habere famam eius, an scilicet vera sint quae de ipso audinerat. Christus autem sciens illud sapientis. Non credas multo verbis illius, ex multa enim loquella tetabit te, et subridens interrogabit te de absconditis tuis

**Eccle. 13**

**I**deo nihil respondit.

**T**ertio ponitur accusatio Christi a  
Principibus.

Dicit Lucas. Stabant autem principes Luce.23.  
sacerdotum et scribe constanter accusan-  
tum. Proculdubio isti instigati ab accusatore apoca. 12  
fratrum nostrorum, accusabant eum.

**S**ic quondam Babilonij stabat coram rege figura.  
constanter accusantes Danieliem qui typum  
Christi gessit. Hic fructus est inuidie malos  
incitare extimulareq; contra bonos. Sicue  
aut nihil respondit ad interrogata Herodis,  
ita nec calumniose accusatioi illoꝝ, ppter quod  
Herodes spreuit illum quia nihil diceret ei,  
qui poterat illum liberare: et signa ideo non fa-  
ceret, ne sc̄z videretur facere more prestigiatorū  
qui ludos citius coram nobilibus quam plebe-  
is faciunt, quorum dñs noluit esse particeps,  
Unde Herodes spernens eum tanq; stultū re-  
putauit, et hoc fecit cum exercitu suo,

**Q**uartum irrisio vcz. Tandem puniſ-  
cum subdit Lucas et illufit indutum veste Luce. 23.  
alba; quia sicut illusor fuit Herodes, ita illu-  
sum dñm a se remisit ad Pilatum nihil homi-  
nem reputans eum. Verificatumq; est illud, Job. 12.  
Lampas contempta apud cogitationes diuitiū  
ipſe em ut inquit GREGO, Saluator lam- li. x. mor-  
pas vere extitit, qui pro nostra redēptione in ca. 30.  
cruce moriens, tenebris nostris mentibes lu-  
cem per lignum fudit. De quo et Joannes  
Erat inquit lux vera, que illuminat omnem Joan. 3.

H ij

hominem venientem in hunc mundum? quæ cō-  
ceptum vidit ibidem Joannes, ideo subdit, in  
prævia venit et sui cum non repperūt. Huius lā-  
padis flamas, Herodes explorare voluit, cū  
eius miracula videre concipiuit. Lampas tñ  
hęc, ante oculos eius nullo lucis radio emicuit  
quia quem curiose et non pie quesierat, nūnil  
de se tunc mirabile ostendit, magis eligens a  
superbientibus aperte despici, quam a non crea-  
dientibus vacua voce laudari. Sed hęc contē-  
pta lampas, quę in terra irrisiones tollerat, de  
cœlo lucidius per iudicium corruscat. Unde et  
ibidem addit Job, parata ad tempus statutum

**Ela. 53.**

quod est dies iudicij. Impleta est scriptura  
super quem lūsistis, super quem dilatastis os  
et eicistis linguam. Nunquid nō vos filii sce-  
lesti et semen mendax. Et vere semen mendax,

**Math. 2.  
figura.  
2. reg. 10.**

Fuit enim iste filius Herodis illius qui dolos co-  
ram magis promittebat se adoraturum Chri-  
stum regem. Item impleta est figura quo  
modo Rex Manon filius regis Ammon nūcijus  
David regis illuserit radendo medias barbas  
et vestes præcidendo. Ita et hic Herodes opera-  
tus est, in ueste irrisoria remittendo Pilata, Chri-  
stum.

**Contatio  
horum in  
Missia,**

Hanc missionem ad Herodem illusionemq;  
sacerdos extendēs palmas ver-  
sus oblata, præmissa profunda et humili incli-  
natione representat dicens. Hanc igitur obla-  
tionem seruitutis et.

**C**Quisq; igitur vere fidelis meditetur.  
Primo quanto cum impetu, post Pilati decre-  
tum, vñs ad Herodem raptus traberet, q; nō

pro voluntate Iudeorum mox morti esset adiuta-  
dicatus. Expendat ignominiam magnā,  
et inhonorationem dño irrogatam, cum ma-  
gnis clamoribus, obprobrijs et blasphemis, ir-  
risionibus et conuictis sed etiam factis, verbe-  
ribus scz, colaphis, lapidumqz luti ac rerum  
turpium fetidarum profectionibus, ductus et  
reductus est dñs et saluator noster.

*R. 22*

Verisimile est pueros, sicut in die Palmarum  
motos a deo, occurrisse dño cum laudibus, ita  
e diuerso deo permittente, instigatos a parentia  
b⁹ vla Sathana, occurrisse illusissqz ei, inter-  
qz ducendum luto prōficientes acclamasse, fal-  
se propheta, prophetisa vates zc. Verisimile  
est propter vestimenti longitudinem ipsum ce-  
cidisse, pedes offendisse. Nam et hanc vestem  
signat vestimentum sacerdotis in Missa quod  
alba dicitur, ceteris vestimentis longius. Quis  
quidem et si non scribunt Euangeliste, collige  
enī possunt rationabiliter, ex hqz que scripta  
sunt. Qui essi nocte illa, dum custodiendum  
recepérant, in nullo ei pepererunt, sed eunt  
incessanter infatigabiliterqz afflixerunt: qui de  
nigz coram indice mendaciter ipsum infamare  
non erabuerunt, nunquid retraxerunt se ab il-  
lis in iudicis absentia, potissimum incrudescē-  
re illorum magis ac magis furore, propter Di-  
lati cunctationem, et eius ad Herodē remissio-  
nem. Dum etiam fatuitatis signum quasi re-  
simonium ab Herode alba ueste eum illudente  
acceperunt, per illud omnino magis animati  
tuerunt ad illudendum ei.

**C** Aduertat pia mens fatigationem, quā per  
**D** iiiij

tulit dominus dum sic duceretur immo traheretur et impelleretur, ab uno iudice ad alium. Legitur olim dñs ex itinere lassus fuisse et sedis se supra fontem, multo validius hodie fatigatum fuisse, quis dubitauit, dum non liber incederet, sed ligatus traheret, ex horto ad Annam, hinc ad Laypham, deinde ad Nilatum, ab illo rursus ad Herodem, a quo iterum ad Nilatum cum festinatione et precipitatioē magna, unde nudis incedens pedibus crebris impingebat. Nec aut passus est omnia quia ipse voluit.

**P. 80.** **O** mira & supradicata humilitas tantę celsitudinis, nam ipse dominus, existens sapientia per quam facta sunt omnia, et verbum in excelsis, atque sons omnis sapientie, qui dedit sapientiam Salomoni, qui dilatanti aperientique os suum implet illud, hodie stulti hominis et morios more tractari volevit. O humilitatem inauditam: quis namque nostrum vellet tantam ignominiam perpeti, ubi possit resistere? et tamen dñs noster omnia illarum humiliter, quia voluit.

**Conformatio.** **H**ec inquit mens pia meditetur dicens Laus tibi Christe, studeatque se conformare Christo, in vera humilitate, ut scilicet seruet veram humilitatem: dico veram, nam quidam fatentur se peccatores dum a nullo arguuntur, non tamē sunt vere humiles, quia dum de culpa sua fuerint correpti, defensionis patrocinium queruntur peccatores esse videantur, qui si tunc cum id sponte dicunt peccatores se esse veraci humiliitate cognoscerent, cum arguuntur ab alijs, esse

se id quod confessi fuerant non negarent, nam  
quia scriptum est, *Iustus in principio accusa-*  
*tor est sui, non magis peccator sed iustus vide-*  
*ri appetit, cum peccatorem se quisq; nullo ar-*  
*guente confitetur, sed confessionis veritatem*  
*probat, cum alter malum quod fecimus incre-*  
*pat: quod si superbe defendimus, liquet, quis*  
*peccatores nos ex nobis fieri dicebamus, un-*  
*de summopere curandum est ut mala que feci-*  
*mus et sponte fateamur, et hec alijs arguen-*  
*tibus non negemus: Superbię quippe vitium*  
*est, ut quod de se fateri quisq; quasi sua sponte*  
*dignatur hoc sibi dici ab alijs dedignetur.*

**C** *Hec Grego. li. zz, mora capi. 14.*

**C** *Discamus insup nō turbari si irideamur doctrinā*  
*a malis, propter honestam vitam. Cidemus*  
*enī q̄ homines huius mundi concupiscentias*  
*insectantes, derident religiosos continentēs,*  
*et secundum spiritum timoris dñi viuentes, qn*  
*immo etiam pro fatuis eos reputant, quoniam*  
*sapientia huius mundi stulticia est apud deum*  
*Et ediu erlo, pterea viri spūales talia nō curāt*  
*considerantes q̄ sicut Christus indutus est al-*  
*ba ueste que fuit tunc ignominie uestis, et tamē*  
*nunc facta est glorię et honoris indumentum.*  
*Ita et quilibet ex veteri et ignominioso homine*  
*per baptismum renouatus, induitur ueste al-*  
*ba, in signum innocentie et puritatis totalis.*  
*Nec minus etiam uestis alba in honore cessit,*  
*cum in resurrectione et Ascensione Christi*  
*Angeli in albis apparuerunt.*

*I. cor. 3.*

**C** *Et sicut crux an̄ passionem Saluatoris fu-*  
*it execrabilis, postea vero honorabilis, int̄m*

**D** v

ut etiam in frontibus R̄egum gesetur. Ita sp̄  
rituales scire debent, q̄ qui nunc cōtemptib⁹  
les sunt post hoc erunt honorabiles. Unde cum  
irridentur pro candore vītē suę gaudeant poti-  
us q̄ tristentur, prospicientes quia ⁊ Christus  
pro nobis alba veste illusus est.

Et in hac tertia parte examinis tertij ostēsum  
est, q̄ agnus iste dignus fuit qui pro salute om-  
nium offerri debuit. Nihil em̄ dignum morte  
actum est ei apud Herodē. Si em̄ peccator suis-  
set obnoxiusq; illis vicijs quibus accusabatur.  
vtiq; exercuisset in eum Herodes potentia suā  
tanq; in suum aduersariū : nam Christus ante-  
vocauit eum vulpem, cum dictum fuisset ei, va-  
de hinc, Herodes querit te interficere, ipse autē

Luce. 13. dixit, Dicite vulpi illi, ecce chio demonia, ⁊  
sanitates perficio hodie ⁊ cras, ⁊ tertia die cō-  
sumor.

**C**Item verisimile est, q̄ cum He-  
rodes non potuit ex eo habere quod voluit pro  
sua curiositate, facile vltus fuisset in eo verba  
illa tum, cum illum sibi oblatum cerheret.

**C**Adhuc ⁊ claret agni nostri idonea oblatio,  
eius nanq; innocentia per albam signifi catur  
vestem, quamvis pr̄ter Herodis id fieret mēte.  
Sicut em̄ Layphas pr̄ter intentum prophetas  
uit, ne totus periret populus satius esse perde-  
dum vnum hominem. Lōsimiliter dum agrū  
figuli cōpararunt de mercede venditi dñi, p-  
phetiam ignorantes complent. Ita etiam cū  
induit eum alba veste Herodes, innocentiam  
eius declarauit ignorans ⁊ pr̄ter intentionē.

**C**Quarto examen Christi fuit clarū &

Insigne ex multiplici disceptatione Pilati  
cum Iudeis post redditum eius ab Herode  
¶ Ostenditur nangs per remissionē dñi, inno-  
cētia eius, sicqz idoneitas ipsius offerendi pro  
humanī generis salute.

¶ Prima disceptatio fuit cū Pilatus allega-  
set dñi innocentiam in dupli agnitam iudicio  
Nam videns Iesum adductum. Conuocatis Luce. 23.  
principib⁹ sacerdotum et magistratibus/  
i. seniorib⁹ communis populi et plebe/dixit/oh  
fulistis mihi hunc hominem quasi auerſe-  
tem populum scz ab obedientia Cesaris ⁊ le-  
gum restrarum, atqz ita tumultum excitantem  
Et ecce ego coram vobis eum interrogās  
vbi vos habetis locum accusandi, ⁊ ille locum  
defendendi nullam causam inuenio in ho-  
mine isto / ex his in quibus cum accusatis  
q d. ⁊ si forte in alijs videri possit reus secundū  
iudicium vestrum, de illis ego diuinare non te-  
neor, sed tantum ad ea que contra eum propo-  
suissis respicio, in quibus ipsum insontem in-  
uenio. Morro ne videar vobis esse in iudican-  
do deceptus, aut delusus vel negliēs in inqui-  
rendo, ex amore, munere vel prece remisi vos  
ad Herodem Qui cū sit rex Galileę magis  
ad illum spectat cognoscere vitā ⁊ mores sub-  
ditorum suorum, qz ad me: ⁊ pr̄serrim istius q  
plus conuersatus est in Galilea quam Iudea.  
Ille aut̄ pro sua prudentia examinans eū, nul-  
lam damnationis inuenit in eo causam. Nam  
propter hoc remiseram vos ad cum.

**E**t ecce nihil dignum morte accum est ei  
quia illusit ei tantum, non autem damnauit eum.  
Iudei autem hec verba audientes disceptabant  
cum eo, vario murmure misitantes, tanquam con-  
tra fauentem parti alteri, et recusantem pro eorum  
iudicare voluntate. Quod aduertens Pilatus  
dixit. Emendatum ergo illum dimittam.  
Excidit Pilatus a iusticie rectitudine destinans  
punire innocentem. Unde dicit emendatum i. fla-  
gellis coesum dimittam: perinde atque apertius  
diceret, Nullam inuenio causam dignam pu-  
nitione, nisi inuidiam vestram, quem exsaciare  
poteris eius desiderat: concedam et hoc vobis  
quod emendabo eum, sicut emendatum dimittam.  
Quoniam autem correctio Iudei placuisse, dimissio  
non displicuit, unde rursum contra dicebat presidi

**C**alia disceptatio in propositione Bar-  
abbæ latronis.

**A**duertens Pilatus Iudeos non placatos,  
immo animosiores redditos, in eo quod agnosce-  
ret Pilatum aliquid velle, incipereque agere in  
fauorem illorum: pro morte eius ex approbata  
consuetudine olim inducta, alium liberationis  
modum apponit. Consuetudo autem vetus ita ha-  
bebat quod pro solennitate Pasche ex vincis et son-  
tribus liber unus dimittebat in memoriam il-  
lius beneficij quod Angelus domini in nocte illa per-  
cussierat primogenita Egiptiorum saluatris et li-  
beratis Hebreis. Itaque consuetudinem hanc ser-  
vans eis Pilatus, proponit eam in mediū, in-  
tendens sub hac occasione Christum liberare,

Quo vero voti compos facilius existeret, assos-  
ciat Iesu insignē et magnum latronem, Bar-  
abbam, de quo testatur Euangeliste, q̄ ppter  
seditionem et homicidium recenter factum in-  
trusus fuerat in carcerem.

Congregatis ergo illis dixit Pilatus/est cō Mat.27.  
suetudo vobis/ut unum dimittam in Pas-  
scha/ quem ergo vultis dimittam vobis  
Barabbam an Iesum qui dicitur Chrūs  
Habebat quidē Pilatus plures latrones vin-  
ctos, quorum duo cum Iesu crucifixi sunt, sed  
quia Iudei plus oderant Barabbam, qui et pu-  
blicus grassator fuit, et seditionis, et ob id hunc  
cum Iesu pariter proposuit: q.d. videte q̄ non  
habebitis nisi unum ex istis duobus, delibera-  
te ergo cito quem vultis dimitti: putabat aut  
eos nullo pacto Barabbam petituros, ut v̄ sic  
dñs liberaretur, manifestum homicidam in cō  
patione iusti adduxit. Et ut dicit CHRISO.  
satis sapienter processit Pilatus. Non enim di-  
xit quia peccauit et dignus est morte, donare eū  
festo, sed primum eum excusans et eruens a cau-  
sa omni, tandem rogat ex superabundanti, ut  
si nollent ut innoxium dimittere, saltē ut no-  
xiū donarent festo vel tempori: si enī oportea-  
bat in peccatis manifestis existentem dimitte-  
re, multo magis in dubijs, s̄ alii euenit qm̄ Pi-  
lat⁹ credidit, quia Principes sacerdotum et Mat.27.  
seniores persuaserunt populo ut peterent  
Barabbam/ Iesum vero perderent.

Homelia  
z8. super  
z8. Ioan-  
nis.

Ubi impletum est illud. Ḡ ex perditus factus Jere. 50.

**et populus mens, pastores eorum seduxerunt**  
**Puer. 17. eos.** Cum itaq; deliberassent. **Dixerunt**

**non hunc sed Barabham non aduertentes**  
**illud. Qui iustificat impium et qui condemnat**  
**iustum, vterq; abominabilis est apud deum.**

**Dicit eis Pilatus, quid igitur faciam de**  
**Iesu qui dicitur Christus?** Non dixit qui  
est Christus, sed qui dicitur Christus, ne vide-  
retur derogare Læsati, nam Reges Iudeorum  
Christi vocabantur. **Dicunt omnes crucifigant**  
**Manifeste hoc loco mortis genus declarant et**  
**exprimunt, si quidem ante optabant occasionem,**  
**sed genus mortis suppresserant. At nunc non**  
**contenti peccatis, mortem crudelissimam et abies-**  
**cissimam ei peroptabant infligendam.**

**Peruenerant namq; in tantam odii acerbitate,**  
**q; peccatum mortis voluerunt accumulari horo-**  
**re confusione crucis. Et quia affixio crucis,**  
**acerba et diuturna est vexatio mortis, volebat-**  
**itraq; ut diu morte tortus multas mortes pate-  
retur. Crucifixio namq; tanta tunc temporis co-  
fusio fuit et tam execrabilis, q; nullus de cruci-  
fixo memoria nisi in maledicto haberet, et ideo**  
**banc sibi peccatum inferri petebant, q; de cetero**  
**nominis eius nemo nisi in maledicto recordaret.**  
**Pro blasphemia quam sibi imponebant, si ve-**  
**ra fuisset, lapidandus erat non crucifigendus,**

**Leui. 24. sicut ex Leuitico probatum est. Edue blasphe-**  
**mum extra castra et lapidet eum omnis populus**  
**Ipsi autem cum peccata et exprobatione, volebant**  
**memoriam eius sub maledicto ponere, sicut scri-**  
**Deut. 20. primum est. Maledictus omnis qui pender in li-**

gno. Quāuis ait hoc ipsi intendebant, Christus tñ quia voluit, elegit hoc genus mortis, ut nos a maledicto legis absoluere, iuxta Pauli sententiam. Ait illis Pilatus / quid em̄ mas Bala. 3.  
li fecit & scz ut sic maledicto exponatur, & vt morte turpissima condemnetur, q d. nibil: porro indignum est innocentem condemnare.

Ait illi magis clamabant Crucifigatur. En aduerte, quomodo sittentes cumulum pœnarum sibi infligi, quasi mente capti seu a ratione alieni, nihil rationabiliter respondent, nisi crucifigatur, & acclamant validis clamoribus mortem innocentis, vnde Euangelista id expressit, in verbo inualescebant. Ait Jesus patientiam & tollerantiam opponit, contra Iudaeam tyrranidē: Contra confusione, gaudium de nostra liberatione: Contra clamorem, taciturnitatem opponit mitissimam.

**T**ertia disceptatio Pilati cum Iudeis. Luce. 23.  
Quia ut dicit Lucas Iterum Pilatus locutus est ad eos/ volens dimittere Jesum, persuadendo sc̄z eis ne innocentem occidant. At illi succlamabant dicentes/ Crucifige crucifige eum. Ille autem tertio dixit.  
qdbuc non cedes clamoribus eorum importunis  
Quid em̄ mali fecit & nullam inuenio in eo causam/corripiam ergo cum ei dimittā q d. quamvis nibu demeruerit, in hoc tamē vobis cōdescendam, q̄ eum corripiam, tam acrit ut bene cōtenti sitis, atq̄ tūc ego vestro favore salvo, potero absoluere & dimittere eum.

*XVII*

Tunc apprehendit Pilatus Iesum et flagellauit hoc est militibus ut eum flagellarent commisit: qui accipientes Iesum, depositis p violentiam vestimentis eius, ligatis etiam ad columnam manibus eius tenerimis, ut linorem et palorem ex prefocato sanguine contraheret, corpus illius totum, de spu sancto conceptum, crudeliter flagris cedebant. Nec contenterunt in plagiis milites, sed insuper illuserunt ei tanquam regnare volenti, dicentes, voluit regnare, vestramus eum et coronemus more regio. Et tunc consentiente Pilato, vel saltete non contradicente, ad confusionem eius Milites duxerunt eum in atrium pretorij et conuocant totam cohortem ut sic eum omnes viderent, et tandem illuserunt ei grauissima illusione, facris sciz, signis et verbis multo acrioribus quam precedentes.

**Mar. 15**

**Eccle. 45.** tia fuerant. **P R I M O** in corona: Nam quia solent reges auro coronari prout scribitur. Corona aurea super caput eius, Ideo milites plectentes coronam non de auro, nec de annulis nec de sericeo panno damasci, aut de quapiam re molli, sed de spinis, imposuerunt super caput eius, qua caput venerandum ipsius accerrime vulnerarunt ac lacerarunt. Constat namque spinosum illud sertum, non solum capitum extrematum ambiuisse, sed totum caput ad insulam pilei ue formam obtexisse, atque ita grauitate undique concordisse ut sanguis ex omni parte extractus, capitis genas et collum perfunderet. Placuit autem altissime sapientie, huiusmodi spinea corona redimiri, quo spinas peccatorum conscientiam gra-

uiter pūgentes, cum aliis pœnaltatibus a nobis remoueret. **SECVNDO.** Illudebant ei quo ad vestimentum, quia chlamidem coccineam i. pallium militare, non consutum sed fibulatum, rubei coloris in obprobrium regij nominis, iuxta eorum sententiam a Christo usurpati circumdederunt ei tanquam Regi et Principi. Nam Romanis hoc genus vestimenti, cum suo colore, regie dignitatis insigne fuit. Et propterea per illusionem induunt cum purpura ut affectanti regnum, scommata et iocos in eum iacentes. **TERTIO** addunt et regie celsitudinis insigne aliud, virgam seu sceptrum arundineum, ponentes illud in manum eius dexteram: facto hoc evidenter insultantes, regnum a se usurpatum, vacuum et fragile fore, instar arundinis vacue et fragilis. **QUARTO**

tangunt regi nouiter inaugurate, sautem preceatur, non milites tantum, sed cohors et Iudei dicentes, Ave rex Iudeorum, quacientes dignissimum caput eius arudine, partim propter doloris augmentum, et quo spinarum aculei profundi insigerentur capiti eius, partim contemptus ratione. Solent namque tantum seruiles sustibus cedi, et non ingenuae sortis homines, et in hoc ignobilitatem et miseriā eius facto ipso expresse denotabant. Ob id etiam spūit, et dāt alapas (non dubium quām grauiissimas) in faciem eius.

**P**erpendat pīa mens iniurias in domo **Plani** meditato dño illatas. Impletur hoc loco vanitatem illud Christi dñi. Ecce Ascendimus **Ic-** **Mat. 20.**

rosolumam, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudē dum et flagellandum.

**R̄ntatio** **in missa.** **E**t horum representationē refert in missa sacerdos, stans erectus, post profundam inclinatiō nem, et quinqꝫ crucis signa effigians dicensq; A scriptā ✕ Ratā ✕ Rationabile ✕ acceptabilemꝫ facere digneris, ut nobis Corpus ✕ et sanguis ✕ fiat. ✕ Prima crux denotat Barabbē p̄eselectionem, et crucifigēndi dñi acclamatiōnem, dum frequentatis vocibus vociferarent Crucifige eum.

**Meditatio** **I**gitur meditanda venit insignis illa iniuria dñi, qua latro et homo nepharius illi pelleatus est. Dns aut̄ ultra hoc cruci adigēdus, toto conatu ab omnibus expetitur. Quid putamus nunquid non insigniter indoluit tunc dominus, quando eo dementiō populi maliciam deuenisse cerneret, ut homicida iustificaretur, et viuificator morti addiceretur.

**Cautela.**  
**Esaie. 5.** **E**laueat ppter ea quisq; Iudeis in hoc facto assimilari, ne dicat bonum malum, et malū bonum, idq; auaricia execante propter amorem, peccunias, et vinculum sanguinis atq; inuidiā. Lompertum est reuera, non nullos odio cōcepto contra proximum, illum cuehi ad altiore statū, conditionemꝫ idoneam non paciunt, sed magis quosq; indignos, sibi p̄ferre cupiunt, veluti Barabbam Christo contemptio Iudei pretulerunt. **E** Altera crux designat flagellationem cruentam, Meminerit ergo tunc, qſq; fidelis ob oculos ponere suos, innocentiam

domini Iesu. Perpendat ineffabilem illam charitatem, quę eum ad columnam ligatum astare fecit. Fortior erat ille (dubio quouscunq; semo-  
to) Sampsone, qui funes rupisse legitur quibꝫ *Judi. 13.*  
ligatus erat, sed charitas ne ruperet et ut tor-  
torum perferret ictus effecit. Nec alia causa est  
cur manus cedentium illico vltione diuina non  
sunt punite, quemadmodum temeraria regis  
Hieroboam manus in virū dei extesa ad ictū  
vnum instigendum, arefacta esse in veteri testa-  
mento scribitur: Quod eriam de multis alijs *3. reg. 13.*  
noui testamenti sanctis legimus in vitis eorum.  
Mon⁹ illi pro quibus hec et huiusmodi gerere-  
tur, deo patri magis dilecti, maiorisq; precij et  
reputationis fuissent, qđ Christus filius eius,  
de quo dixit, Hic est filius meus dilectus in qđ  
mibi complacui, sed omnium istorū causa, cha-  
ritas et invincibilis amor extitit erga nos: que  
tunc nobis versentur in animo meditāda.

**C** Crux tercia coronam illam immisericordi-  
ter sacratissimo capiti impressam designat.

**C** Crux quarta rotius corporis incredibilem  
designat dolorem, quem dñs ex superimposi-  
tione ad fluentia vulnera coccineę chlamidis p-  
sensit, dum in ipsa vulnerum loca imbibetur  
imprimereturq; atq; illud signat dum venien-  
tes flexis gemibus irridebant cum dicentes.  
Ave rex Iudeorum.

**C** Crux quinta illusionem denotat illam, qua  
caput sacratum artūdine percussum est, quo spi-  
nea corona profundius ageret in capitinis cōpa-  
gines aculeos et stimulos suos. Atq; ut summa-  
tim dicatur, meditando nobis tunc proponitur meditatio-

vñica supra modum deiectio, sanguinisq; sacri  
largissima effusio. Profecto spinę illę ex-  
crandę et maledicę peccatorum nostrorum, nō  
aliter sanari poterant nisi per spinarū impres-  
sionē, capiti illius qui noster dñs et creator est.

**C**ontemplemur Iesum flagellatum, coronas-  
tum, purpura induitum, illudendum populo ex-  
positum: nam et scriptura sacra hoc faciendum  
**Lanti. 3.** proponit atq; admonet dicens. Egredimini fi-  
lię syon et videre regem Solomonem in dyade-  
mate quo coronauit illū mater sua. Nō Beth-  
sabee (etiam Iudeis interpretantibus) nam  
nusq; hoc scriptura cōmemorat sed synagoga  
cruelis mater, ad litteram Christo hęc opata  
est. Nec sine speciali causa hanc facit admoni-  
tionem, Equum namq; est tantam nos Christi  
charitatē debere cōtemplari, qui se permisit  
ideo ligari ut nos solueremur, ob eam rem fla-  
gellari, quo eternas euaderemus plagas: vul-  
nerari et lacerari ut integri conseruaremur.

**C**Quarta concertatio Pilati cum Iude-  
is post dictas Christi illusiones.

**C**videns ergo Pilatus tā impię et ultra hu-  
manā sortem Iesum flagellatū, ratus efferos  
Iudeorū et plusq; beluales animos, plagi re-  
centibus frangi posse, et ad misericordiam desle-  
cti, ipsum secum ad populū foris stantem educit

**Joan. 19.** dicens. Ecce adduco eum vobis foras.  
ut ciui spectaculo satietas vos accipiat, et vs-

cognoscatis quia nullam inuenio i eo cau-  
sam Concessi tñ in vestri gratiam ( ut palam  
cernitis) tractari eum satis duriter. Ex his  
proprijs sermonis dictis Pilatus crimen suū  
non veretur palam confiteri, dicens. Nullā in  
eo inuenio causam quo et illi agnoscant ei? pla-  
gas innocent illi inficias ad mandatū Pilati.  
**E**xiuit ergo Iesus in habitu sicut erat orna-  
tus, celsus et consputus portans spineam co-  
ronam et purpureum vestimentum in suo  
corpo. Statuto igitur illo in specula vel fene-  
stra, quo ad misericordiam promoueret impla-  
cables animos, sciens quia omne animal sibi  
simile diligit, communis naturę idemperitatis  
mentionem faciens, dixit **E**cce homo hunc  
quem cernitis, aduertite hominem esse non be-  
atum, nature consortem eiusdem, nō libeat vo-  
bis tantopere in eum seuire: satis poenarū ha-  
bet, ultraqz hominem deceat castigatus est, in  
hac eius summa miseria misericordiam mere-  
atur a vobis. Hoc namqz spectaculo moliebat  
Pilatus, ut visibili castigatione, et patentibus  
plagis, animi eorum ad cōmiserationē adduci  
et perfringi possent. Sed horrendum dictu, non  
solum non mitigari queuerūt (id quod in me-  
dia barbarię cicius sperandū foret) quin immo-  
magis accensi et inflammati sunt, ut prompti  
perficerent que conceperant.

**C**um ergo vidissent eum pontifices et mi- Joan. 19.  
nistri scz pontificum familia clamabant dicens  
/ Crucifige/crucifige eum. Hoc est non

**S**unt uiri hac pena exsaciati animi, donec cruci-  
ci ipse fuerit affixus. Ingeminant autem crucis  
**F**igura, peccatum propter desiderij ardorem et siccum cruci-  
**I**ere, scilicet figurandi eum. Impleta est hoc loco scriptura:  
Stulte egerunt pastores et dominum non quiesce-  
runt, propterea non intellexerunt et omnis grecorum  
dispersus est. Quid enim stultus, quem eni-  
qui missus est eis, non agnoscere, quem genti-  
les lege carentes agnoverunt.

**M**onstratio in missa. **E**xprimit ista sacerdos in missae sacrificio dominum  
eleuatis ante consecrationem corporis domini, memori-  
bus, et post tersionem digitorum ad corporale super  
consecrando pane crucis facit signum.  
Extersio namque digitorum preparationem domini  
designat ad execundum foras cum Pilato ad po-  
pulum. Erux autem super pane mox consecrando  
facta, peccatum illam adumbrat, quam tunc dominus  
habuit stans purpura indutus, et spinis coro-  
natus, totus sanguine manans, facie verecunda  
vultu demissso, sanguine copioso, per oculos, ge-  
nas, nares etiam desfluente, dum ille diceret  
Ecce homo.

**M**editatio. **E**xpendat pia mens seu meditetur, peccata  
domini et verecundie tristitia Christi rationem et  
modum quem tunc perpeti voluit in publica ro-  
tius populi presentia. Naturale namque est infor-  
tunia occultare coram inimicis, rursum fortunas  
predicare: grauis etenim pena ingenuae conditio-  
nis homini, illusiones perpeti, atque gaudia vi-  
ti. **I**. reg. VI. **d**ere de suo aduerso casu. Saul nobis super-  
hac re fidem facere potest: hic enim ne in manus  
Philistiorum viuus veniret, armigerum in eum

dem sui, dum elabendi non esset facultas, incitat: et dum ille cunctaretur obsequi regi solus ipse mortem sibi consciuit.

**C**editemur doloris horrendi passionē quē Christus pertulit dum vulnera siccarent mādida. Moscunt eam rem: qui hoc experti sunt ita habere, acerbiorē vēz sensisse dolorem extenuatione vulnerum, quā in prima ipsorū inflictione. Maiori ppterēa cōmiseratione meditandus est dolor ille Christi: ex flagellatione, coronatione, ob impressionem purpure vulnerib⁹ atqz rursum ob elusdem vestis de ipsis detractionem susceptus. Proinde Ecclesia ritte ordinavit & post crucem illam super consecrandū panem designatam, eleuat consecratam iā verbis Christi hostiam, vt sic illam ostensionem exterius reprezentet fidelib⁹ devote & humiliter diuino cultu adorandam, ac ppterēa per contrarium permittat blasphemias & horridi clamoris voces, in laudis & glorie vocem, dicens Benedictus qui venit in nomine dñi. Contemnebant illi sicut maledictum, nos vero dicamus, aue salus mundi, salvator mundi salua nos omnes Osanna in excelsis. Vident autem Pilatus omnia fieri in cassum dixit.

Accipite eum vos et crucifigite!

**CIRIL LVS.** Stupet Pilatus quomodo Judeorum populus, & maxime princeps, ita truculenti sunt, ut cum nulla in Christo inueniatur causa, tñ turpi morte occidere ipsum studebant: ideo quasi contemptus indignatur ac dicit: Ministrum me impie cedis solum inuenisti: Ego pr̄ter romanorum legem innocens

3 iiij

rem occidam? Ego clamoribus vestrīs territus  
ad hoc facinus me detrudam? Nam si vos hoc  
non esse peccatum putatis, si lex est apud vos  
vni sonores suppicio cruciet, vos temerari id  
facite, ego ad id non consentiam.

Ex quibus constat, q̄ illa flagellatio, coronatio  
q̄ Christi innocentiam & ad immolandū abi-  
litatem commonstrant: quia eī dicimus & di-  
cere tenemur innocenter passum, possint genti-  
les & Iudei dicere, quare ergo flagellat? & ce-  
ronatus est: non est verisimile q̄ iudex Romā-  
nus innocentē id fecisset.

Decendum autē cōsidera illa fieri non debuisse  
exigente iusticia & equitate, facta autē sunt ad

**Omelia** importunum clamorem populi. **C H R ISO**  
**83. super** Ipsi adduxerunt eum ad Pilatum ut presidis  
**Joannē,** iudicio damnaretur, contra autē contigit ut per  
sententiam eius absolveretur: nam dixit, nul-  
lam inuenio in eo causam. Veriti ergo Iudei  
ne id fieret quod Pilatus predixerat, emēdatū  
eum dimittam. Detuebant eī pontifices, ne  
si passus tam atrocia dimitteretur, postea volū-  
tate mutata populi in Jesum tunc cōcitati, hęc  
crudelitas in ipsum facta, recederet in ipsorum  
capita. Omnibus propterea modis eum nite-  
bantur occidere, unde crimen & zelum sui fu-  
ris conati sunt inflectere in zelum legis con-

**Ioan. 19** tra Christum, dicentes Nos legem habem⁹  
et secundum legem debet mori/quia filium  
Dei se fecit. Quamuis inquiunt, tu qui es no-  
bis a Romanis preses datus, nullas dicas te  
causas mortis in eo inuenire posse. At nos ipm

deliquisse contra legem a deo nobis datam, p̄dicamus. Diuinitatem nanc̄ sibi blasphemādo arrogare non dubitauit, t̄ ita secundum legem nostram morti est obnoxius, quam t̄ L̄sar nobis non sustulit nec abrogavit.

Insignis malignitas istorū hinc deprehenditur, accusant eum diuinitatis usurpatę, sup̄p̄munt aut̄ opera plane diuina, quib⁹ deum se t̄ non purum hominem liquido commonstravit, dū olim Lazarum quadriduanum, Adole- Joan. II.  
scentem in porta, Puellam in domo suscita- Luce. 7.  
ret a mortuis, Ecum a nativitate oculis do- Mat. 9.  
naret. Atq; sic imponunt homini gentili, scri- Joan. 9.  
pturę diuinę ignaro, q̄ Jesū hominē quendā vi  
debat ediuersoq; cauillationes allegatione scri-  
pturarū audiebat: t̄ clamañ, filiū dei se fecit.

Pilatus autem cum audisset hunc sermo-  
nem magis timuit. Ereditidit Pilatus Jesum  
posse esse filium dei, licet homo videretur. Non  
t̄n̄ vere id credidit, fide vera, neq; ex scriptura,  
sed errore inductus gentili: semideos em̄ esse t̄  
deorum filios, fabule gentilium multos cōfin-  
gunt. Romani etiam, suis imperatoribus dei  
nomen donabant, aras eis erigentes: t̄ forte fi-  
lios talium Romani liberos fecerant, ne quis-  
q; eos p̄ter senatum iudicaret puniretue.

Unde Pilatus audiens hęc timuit ne rem in-  
dignam egisset flagellando, non t̄n̄ eum qui in-  
nocens est, sed etiam qui esset filius dei, idco re-  
grediens in pretorium magis anxie inquisiuit  
ex Jesu dicens. Unde es tu? Mirandum est  
Pilatum trepidare ad hunc sermonem Iudeo-  
rum, filiū dei eum accusantiū, qui nullum vñq;

divinitatis signum consperit in Christo , cum  
enī Inde multa vidissent, nec tacere ea, quāvis  
inuidi potuissent , cum dicērent in concilio, qd  
facimus quia hic homo multa signa facit.

**I**esus autem responsum non dedit ei  
Quia non erat capax illius. Si em̄ ad nature  
diuinę ei⁹ generationē referas, qua a patre p  
ecdit: non estabilis est: si ad corp⁹ dicere debuiſ  
set ope spiritus sancti ⁊ nō ex traduce esse, illud  
aut̄ captum ⁊ intellectum eius superabat: si q  
ad animam, dicendum erat creatam a deo, sed  
neq; hoc ethnicus accepisset, qui creationē ali-  
cuius ex nūbilo non admittit. Si de patria ⁊  
loco interrogeretur, satis ante clare audiuerat  
Cum ergo humano more Christus Pilato saq  
facere non potuit, nisi mentem eius ad fidem  
conuerteret, quam tūmens humana potentia,  
⁊ Romanorum scientia imperita non mērebat  
ideo nūbil respondit. Nūbil insuper respon-  
dit quo se voluntarie pati ostenderet atq; eo nos  
in sui amorē conuerteret alliceretq;. Respon-  
debat autē aliquando, aliquid respondere recusa-  
uit, partim vt dictum est, quo ostenderet volū-  
tatem esse causam passionis suę, nō necessitatem  
partim vt se minus iuste ⁊ innocenter condem-  
natū designaret, dum responsione innocētiā  
tutetur suam:

**C**Admiratur Pilatus hominis silentium in  
periculo capitidis, pr̄sertim dum tam fauentem  
iudicem experiretur. Contemniq; se ab illo pu-  
**Ioan. 19** rans dicit ei. Mūhi non loqueris/nescis q  
potestatem habeo crucifigere te/ et potesta-  
tem habeo dimittere te **A**de ne contemnis q

Et necis et vite tua habeo potestatem.

Respondit Jesus non ad id quod querebat, sed quod querendo et insinuando pretendere videbatur, quasi nolens pataretur. Corrigens ergo dominus hunc errorem, et Pilati de potestate comprimens timorem, dixit Non haberes aduersum me potestatem ullam / nisi tibi datum esset desuper. Secundum quidem humanas sanctiones potestatem habes, verum nec ullam haberes si non mea et patris mei auctoritas interuenisset, et concessio libera ac spontanea adfuerisset. Porro audiens aliquis, super ne Pilato concessam esse puniendi dominum facultatem, ne immunitam a culpa pronunciare audeat, mox subinfert. Propterea qui me tradidit tibi / maius peccatum habet.

Ostendit verbis istis, Pilatum non esse a peccato liberum et excusabilem, minori tamen delicto obnoxium. Quia vero dominus perterrituit Pilatum et manifestam excusationem attulit. Exinde i. ex eo tempore querebat Pilatus dimittere eum. Quod considerantes Iudei clamabant dissententes, si hunc dimittis non es amicus Caesaris. Esto sane inquietum nihil ad te pertinere videatur, quia peccauit in religionem nostram et deum, Ast pertinet ad te punire eum, qui in Cesarem deliquit: nam regem se fecit, magistratem Cesaris violando, quam defendere te decet.

**C** Sed quam sepius solet usum venire, homines illa de alijs existimare, que paciuntur ipsis inter, iuxta illud. Dilexerunt magis gloriam homini. Ioah. 19.

num quam dei ita Iudei huic calpe obnoxij,  
arbitrati sunt itidem de Pilato , amiciciam  
Cesaris cum preponere iusticie et equitati, quod  
ut saceret combinatioibus in eum usi sunt, sub-  
dentes rationem. Omnis enim qui se regem  
facit contradicit Cesari Hec namque est terre-  
ne potestatis natura , non ferre consortem impe-  
rii. Regnum inquit S E N E C A duos non  
in trag- fert, et ideo Caesar non pariebatur alterum dominum  
duis. sicut nec rex in suo regno. Pilatus autem  
cum audisset hos sermones / adduxit Iesum  
foras / et seddit pro tribunali in loco qui di-  
citur Lithostratos, hebraice autem Gabbata  
Volens autem inuenire innocentiam Christi et eorum  
falsam accusationem dixit Ecce rex vester /  
Contemplamini nunc ait et videte eum, quem  
vos affectati regni crimine accusatis. Cernite  
num ita sit, intuemini habitum regium, Aut  
imperiale sceptrum, quod est in manu eius, nu-  
quid huiusmodi sceptris vos rexerunt olim re-  
ges vestri. En calamus vanus arundineus  
in manu eius est: magis per hoc infelicitatem  
et miseriorem humananam insinuans, quam rerum pa-  
speritatem. Aspice etiam dyadema, nunquam  
tali reges coronantur. Ecce rex vester: quem  
timetis: quid periculi potest vobis hic moliri  
qui se ipsum vivare non potest. Interrogatus  
tacuit et ad exprobrationes ac maledicta penitus  
obmutuit. Ecce rex vester, talis nempe qualiter  
pueri per ludum et iocum sibi deligunt. Et tan-  
to hic hac parte deterior, quanto penas et ob-

probris maiora patitur. Ille saltem typus regis atque coniunctus exultat ad tempus, hic ludibrius et preenis faciatus est. Iste quidem verbis falsam eorum accusationem Pilatus ostendere conabatur. Judei autem tanquam excecati malicia, pertinacissime clamabant dicentes tolle/tolle/crucifige eum. Dicit eis Pilatus regem vestrum crucifigam et quod dicit in consuptionem vestram verget crucifixio huius, virtus perium namque regis redundat in populum.

Responderunt pontifices: regem non habemus nisi Cesarem. id renunciamus regno, seruos nos. Cesaris profitemur et Romani subditos imperij, adigit tantum hunc cruci. Ut de quid rerum agas, promouendo nobis temere alium regem,

Commouerunt hec, ambitiosum et auarum Pilatum cum audiret Judeos sponte se Romano subiungere imperio, timebat itaque ne corum audenter accusatione, Cesaris incurrit et indignationem, exautorareturque secluderetur ne ab officio. Unde dicit Matheus videns Pilatus quod Mat. 27 nihil proficeret ad liberationem Jesu saluatore populi sed magis tumultus fieret.

clamor importunus varia clamantium. Aliquoniamque clamabant, Crucifige. Dumque inquireret causam, quid enim mali fecit? nihilominus sineulla responsione replicantes clamabant Crucifige. Non unquam minitabantur Pilato dicentes, si hunc dimittas non es amicus Cesaris. Aliquando subiungendo se seruituti Im-

peratoris , aliquando precibus presidebit opus  
**Luce 23.** gnando ut dicit Lucas Instabant vocibus  
magnis postulantes ut crucifigeretur  
Uidens itaque nibil se promouere sedit pro tri-  
bunali i. iudicaria sede et accepta aqua la-  
uit manus coram populo dicens / Inno-  
cens ego sum i. nolo esse nocens a sanguine  
i. cede et nece iusti huius vos videritis  
quid scis facitis. Ego minister sum legis, vox  
vestra fundit sanguinem, mihi necessitas succum-  
bit sententiam promulgare secundum vestra al-  
legata: non euadetis omnino peccatum propter  
tantum facinus , neque mihi id, sed vobis impu-  
tabitur. Dixit hec Pilatus, rememorans ver-  
bum Jesu quod dixerat ei. Propterea qui me  
tradidit tibi maius peccatum habet, ideo dixit  
lotis manibus vos videritis.

**Mat.27.** Et respondens uniuersus populus dixit /  
sanguis eius sup nos et sup filios nostros  
Hoc est, tu pres es ne trepidaueris, hec plaga et  
vltio nobis debeatur.

Uide magnam Iudeorum impietatem, et non  
modo in se , verum et in posteros crudelitatem  
multo maximam. Peccatum Iudicis libenter  
in se suscipiunt ut Christus innocens perdere-  
tur. Atque ita dyabolice potestati se sponte subi-  
ciunt. Seruituti quoque Romanorum liberrime  
se se tradiderunt.

sup Ma ORIGENE S Propt hoc facti sunt rei  
theum. non solum in sanguine prophetarum, sed imple-  
tes mensuram patrum suorum , facti sunt rei in

sanguine Christi, ut audiant deum sibi dicentem. Cum extenderitis manus vestras ad me auertam oculos meos a vobis, manus enim vestre plene sunt sanguine. Et factus est sanguis Christi super omnes generationes eorum usque ad consumationem.

Ecce quantum malum facit inuidia et odium

**P**ilatus tandem oblitus verborum suorum quibus incepérat defendere Iesum, nolens insuperaduertere, quod sedente eo pro tribunali misericordie ad eum viror eius dicens nihil tibi et iusto illi multa enim passa sum hodie per vim sum propter eum. Nihilominus ambitione et avaritia preualente timore ductus ne officium perderet Ut dicit Lucas adiudicauit fieri

Luce. 3.

petitionem eorum dimittens Barabbam sedicium et homicidam Iesum vero tradidit voluntati eorum ut crucifigeretur/

Malam liquet ex his disceptationibus, multi expliciter esse ostensam innocentiam Christi, cum non solum Judas, non solum viror Pilati, sed ipse Pilatus pluries, etiam tunc quando sententiā ferebat, iustum eum esse clamitabat.

Ostensum itaque est agnum nostrum satiignum fuisse qui immolaretur deo pro populo ne peat.

**I**mpleta est scriptura, quo ad sententiam seu **Figura.** decretum Pilati. Dixerunt principes regi, Ro **Jere. 38.** gamus ut occidatur homo iste siquidem homo iste (Jeremias) non querit pacem populo huic sed malum (prophetando excidium ciuitati Jerusalem). Et dixit rex Sedechias. Ecce ipse in

magibus vestris est, nec enim phas est regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Jeremiam et proiecerunt eum in lacum.

**Gene. 22** **I** Figura iterum alia (quo ad educationem) in Isaac adumbrata, qui obediens patri pro sui immolatione ligna in montem deportauit.

**E**cce hostia sufficienter probata, tradita est per sententiam Pilati in manus sacerdotum, et per eos ac milites ducta ad locum immolationis super altare crucis.

**Ritatio  
in missa.** **R**epresentat hanc sententiam et reductionem Christi doloribus plenam in missa sacerdos, crucem signans super calice consecrando in verbo Benedixit.

**meditatio** **A**d dum fidelis et deuotus missae auditor, vel sacerdos ipse sacrificans fieri videt in missa. Reuocet in memoriam verba sententie prolatae super Christi mortem. **M**editetur accusationes pontificum, et seniorum populi, affectati regni et seditionum in populo vitios ipsum insimulantes. **C**ontempletur dolorem quem paullus habuit dominus in sententiis ini-

**Joan. 5.** que contra se prolatione, cum ille cui patet omne  
**Dat. 24.** dedit iudicium, et ad cuius finale iudicium virtutes celorum mouebuntur, infernus reddet mortuos suos, yniuersaque creatura contremiscit hodie vilissimi hominis instar morti adiudicatur: Et quasi oblitus illius quod erat, permisit sibi illud fieri quod non erat.

**P**lena hec dolorum erant, sed longe amarulenterius et grauius illud, dum presidis decreto cruci assigendus decerneretur, purpura que vulneribus illius adheserat, et adglutinata fue-

**T**rat, violenter detrahitur, atq; ita vulnera re-  
fricant, Induunt nanq; illum vestimentis p-  
rijs, vt ab omnibus tanto melius dignoscere  
Imponunt sibi lignum crucis & paribuli pode-  
rosissimum, & compellitur ipse ferre illud.

**Q**uid putas quā amara fuerit & laboriosa illa  
educio, ibat nanq; noster sacerdos, non vt me-  
diator aliorum, sed vt preuaricator. Habuit vt  
cem pontificalis infuse coronam spineam, pro-  
fola cathenam & funem grossissimum. Inceda-  
bat non erectus, sed incurvatus, mole cruci p-  
sus. Quantis doloribus innocens dñs labora-  
bat, dum sacratas scapulas illius, pondus li-  
gni contactu aggrauaret. Non temere, verum  
pie credit aliquis, si ex pressura grauis ligni  
totam illic scapularum cutem ad nudam vscg  
carnem detritam & euulsam intelligat. Ma-  
ppter ligni longitudinem, & vię lapidoꝝ asperi-  
tatem & inequalitatem, dum traheretur, saltu-  
suo crux dolorē & vulnera Christi scapul adau-  
gebat.

**N**ec solum ex naturali pondere dñm graua-  
bat illud supplicij lignum, verum inerat huic  
maiis quoddam pondus vcꝝ peccatorū totius  
mundi onus, quod nec cœlū ipsum ferre potu-  
it, humeris tantummodo innocentis agni super-  
impositum, prout Petrus testatur. Peccata s. petr. 2.  
nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū.  
**A**d uertamus præterea, pontificem nostrum  
ad immolandum pergentem, nū illi honor exhibi-  
betur: num e via honoris gratia populus ce-  
dit gradienti? certe assurgit nemo: salutat ne-  
mo: aperit caput nemo: nemo inclinat illude-

subsannant autem omnes, confusus undique clamor personar. Alij seductorem, magum alij, alij latronem blasphemumque appellat. Longe alie-  
nūc a turba quā die ante hac quinta excepitur. Summo enim ibi cum desiderio immolandi adin-  
star agni suscipitur, mactatur autem hodie. Tunc  
azina vehebatur, hodie crucis pondere mirum  
in modum deprimitur. Commitabantur eum  
sub illud tempus discipuli, hodie cum latroni-  
bus educitur. Tunc ramis et floribus viarum  
compita et expansis adornabant vestimentis,  
hodie per lutulenta loca lapidosaque et aspera,  
festinare compellitur. Tunc etiam pueri ora in  
laudes eius resolutebant, Gloria laus et honor,  
Benedictus qui venit in nomine domini clamantes,  
quibus felicem et auspiciatum eius aduentum ex-  
cepiebant. At hodie omnia commutantur in  
**p.68.** maledicta et execratione, Psallebant namque in  
eum qui bibebant vinum.

Non mediocriter et illud dolorem adaugebat,  
et festinanter et sine mora (timore seditionis po-  
puli) duceretur ad patibulum. Accedebat his  
et aliud, ne sciz Pilatus dictam retractaret sen-  
tentiam, atque ita Christus manus eorum effuge-  
ret. Dominus autem ob multum implicem fatigacionem quā  
nocte precedenti ex labore et eruciatibus innu-  
meris incurrerat, lento procedebat incessu.

**Medita-** Contempletur ergo pia mens violentiam, quā  
tio illi adhibebat milites, dum trahentes ipsum  
vigerent sub pondere ligni velociter procedere  
Uerum dum deficere illum videret, nec oneri  
imposito parem esse conspicerent:

**Mat. 27** Inuenerunt hominem Eryenneum nomi-

ne Simonem hunc angariauerunt ut tol-  
leret crucem eius. Quod quidem non fecerunt  
ex pietate, vel ex compassione doloris Christi,  
sed ut diutius viuum viderent, ostenderentque  
palam omnibus ipsum non esse filium dei, propter  
lassitudinis effectum in eo apparentem.

Insuper contemplandū nobis venit circa con- Contem-  
platio.  
secrationem crucis qd per crucis symbolum,  
figuret. Signat namque crux illa, ultra hęc que  
dicta sunt etiam mulierum planctum et commis-  
erationem, super innocentis morte et plagiis in-  
flictis domino, que quam ex pietate lauientabant do-  
minus, consolationē inuenire meruerunt quod al-  
locutione sua illas dignas magis quam Herodē  
reputaret. Nam ut Lucas dicit. Luce. 23.

Conuersus ad illas Jesus dixit filie Ieru-  
salem nolite flere super me sed super vos  
ipsas flete et super filios vestros quoniam  
ecce venient dies in quibus dicent beate ste-  
riles et ventres que non genuerunt et vbe-  
ra que non lactauerunt. Tunc incipient di-  
cere montibus cadite super nos et collibus  
operite nos quia si in viridi ligno hec faciūt  
hoc est in me qui sum oīum virtutum genere florens  
in arido quid fiet. Grauius namque puniet  
lignum aridum et infructuosa arbor, nam tem-  
poraliter excidetur per mortem atque eterno de-  
putabitur incendio quod omnem temporalem  
superat peccatum.

**C**igitur hec ipsa meditanda sunt circa edu-  
cationem istam: studēdumque etiam nobis est, ut  
Christo conformemur. Ms. q

**D**iceres autem utinam praesens hunc adfuisse  
tulisse reuera crucem, iuuissimq; dñm meum.  
Me dixeris ista, incertum namq; est quid fecis-  
ses si tunc praesens adfuisse. Nunc satius  
est, sub hoc scz tempore, ad penitentiā et exar-  
men probationis tibi diuinitus concessō, gesta-  
re crucem eius, non ligni illius molem in qua  
suffixus pependit, non em̄ indiget iam huius-  
modi bauulione: Verū hoc tibi faciendum est  
per deuotam meditationem, et gratiarumactio-  
nem, q; innocens dñs tantum dolorem et labore  
tui gratia subire voluit. Atq; hec de prima  
parte de his scz que immolationē precedebant.

**S**ecunda pars de ipsa immola-  
tione actuali.

**V**eteris instrumenti sacerdos, victimā immo-  
landam altari superimponebat. Proinde  
videndum est de altari quid sit in hac immola-  
tione: posteaq; predictum iam est, quid sacerdos  
quid victima, puta idem Christus.

**H**om. 32. nouum est, ut autor est C H R I S O S T O.  
in homelia de cruce et latrone. Nouum inquit  
altare constitutum est, quia sacrificium nouum  
atq; omnibus inopinatum, nam ipse et sacri-  
cium fuerat et sacerdos: sacrificium secundum  
carnem, sacerdos secundum spūm sanctitatis  
Nec mediocre discrimē inter altare nouum et  
veteris legis extitit, sicut em̄ veteris testamēti  
sacerdotium erat corporale, et corporali vtēs or-  
namento, domo et sacrificiis, nec adferebat mū-

diciem nisi externam , et ut summatim dicatur  
omnia carnalia ibi erant, ita etiam et altare.  
Nouum autem sacerdotium quam internum et spiritu-  
ale est, etiam sibi respondentem spualem habuit  
ornatum, domum, sacrificia, et remissionem. Non  
enim clericis et geminis auroue, summus pontifex  
noster Christus, dum sacerdotio suo fungens se  
ipsum offerebat in cruce, ornabatur, sed amore  
incomparabili erga patrem et homines estua-  
bat. Ornabatur ille sapientia, tolleratia, obe-  
dientia, omniumque aliarum virtutum yniuersi-  
tate: que quidem ornamenta, quia carnalia et  
crassa non erant, oculis carneis ab animalibus  
homimib[us] non videbantur, sed ab his tantum  
modo qui paterni spiritus arrabone insigniti  
fuerunt. Offerebat etiam non byrcos aut vi-  
tulos, aniculas vel panem, more Aaron: Nobis  
autem utique aliquid obtulit, corpus scilicet et sanguinem  
proprium, eaque spiritualiter seu per ipsum  
sanctum, ut dicit Paulus. Qui per spiritum Hebrei. 9  
sanctum ipsum obtulit. Quanquam enim Christi  
caro et sanguis videbantur sicut et alię res cor-  
porales, non videbantur tamen esse sacrificium, ne  
que cernebatur illa Christus offerre, sicut vide-  
batur Aaron, quando sacrificium faciebat: cu-  
ius victimae non solum res corporales erant, ve  
vituli, byrci, verum etiam videbatur id quod  
ille offerebat per quod dominus victimae erant, Cor-  
poraliter enim et visibiliter ea sacrificabantur p[ro]p[ter]ignem.  
At Christus semetipsum obtulit patri  
ipso cordis affectu, quam rem nemo videbat ho-  
minum, tametsi multi morientem viderent.  
Quamuis igitur res quedam externe et visibili-

les existerent corpus & sanguis dñi, sacrificia  
tñ spūale fuerūt, eo q̄ spū dñi cōsecreta essent.

**C**onsimiliter templum tabernaculumq; pō-  
tificis nostri spūale erat, nimirum ccelum vel  
aspectus dei: in eo q̄ tota mente in ccelum ad  
deum prospiceret. In cruce em̄ pendens ac se se-  
offerens in nullo templo erat, sed in conspectu  
patris tantum eterni in templo cernebatur.

**C**In hunc quoq; modum & crux eius se habu-  
it, altaris em̄ spiritualis habuit rationem: pa-  
tientem quidem multi videbant in cruce, pa-  
tri aut̄ soli cognitum altare fuisse crucem illam  
in qua suffixus pendebat filius eius.

**C**Sed & fructus utilitasq; sacrificij illi⁹ spi-  
ritualis erat, peccatorum sc̄z cōdemnatō & no-  
stra iustificatio.

**C**Huius ergo hostię spiritualem prosequens  
immolationem atq; in crucis ara super impos-  
itionem ita narrat Euangelista.

**Luce.23.** Et postquam venerunt in locum qui vo-  
catur Caluarie ibi cruciferunt eum.

**Figura** **C**Typice id, umbrasq; veteri p̄figuratum est  
implet, serpente olim eneo, in altum suspenso, sine ve-  
neni mortiferi contagione, infectos vēneno ser-  
pentium insipientes se sanante.

**R̄ntatio  
in missa.** **C**Hanc confitio[n]ē Christi in cruce, designat  
sacerdos in sacrificio missę elenando calicē, addo-  
randum populo pro sui contento.

**meditatio** **N**ostrum erit contemplādo diligēter medi-  
tari, hostię nostrę immolatę superimpos-  
tiōem altari crucis. Nam utiq; reuera admirā

bile est (inter cetera que narrant esse facta euā-  
gelistę) q̄ tanti hominis crucifixio solum nar-  
ratur facta, modus autē et series illius ab omnib⁹  
preremittitur Euāgelistis: quouis secluso du-  
bio, spūl sancto ita ordinatē atq; volente, vt scz  
meditandi, altiusq; hęc ipsa peruestigandi, am-  
plior ad deuotionis cumulum relinquaſ mate-  
ria. Proinde perquiramus cōtemplādo cru-  
cifixionis illius horrendę modum: Aduertam⁹  
q̄ quomō dño iam existētē in crucifixiōis area  
monte scz Caluarie, dum crux illi pararetur,  
nouę interim illusiones ingererentur, quid ad  
hęc responderet, Euāgliste subtilet̄: narrant  
mibilominus prophetę in persona ipsius, que etiā  
Ecclesia die hodierna cōmemorat cantando la-  
mentabili voce. Popule meus quid feci tibi, Michēe  
aut in quo molestus fui tibi responde mibi: q̄a  
eduixi te de terra Egypci, et de domo seruitutis  
liberaui te. Addit rāndem istis Ecclesia: para-  
sti crucem saluatori tuo. Parauit autē crucem  
infelix Judeus, vt nudum dñm in area cum li-  
gno a terra eleuaret. Huius itaq; expolia-  
tionis memores esse tenemur, quā propter nos,  
virtutibus (que rationem vestium animę ha-  
bent) spoliatos, id factū est. Unde narrat Ioā.  
6.

Milites cum crucifixissent eum acceperūt Joan. 19.  
vestimenta eius / et fecerunt quatuor par-  
tes vnicuiq; partem et tunicam.

Hanc vestimenti expoliationem ingentem  
efecisse dolorem dño, quis dubitauit. Adhēse-  
rat nanq; vestis illa carni sacratissimę, et flagel-  
lorum vulneribus, vnde dum violenter detra-

H̄eretur rēnouantur vulnēra manabant vndiq̄  
q̄ ex toto corpore riui sanguinis. M̄itissimus  
insuper d̄ns astabat iam iā crucifigendus ex-  
coriato similis, dolorem prioris vulnerationis  
maiorem persentiens. Auxit p̄t̄rēa h̄ec  
repentina detractio dolorem, p̄pter spinec coro-  
ne pariter cum vestimento depositionē per ca-  
put nanc̄ vestis haud quac̄ exui poterat sine  
spinec coronē depositione.

**M**edita. C̄ uenit idēo nobis meditādum, quō spinarū  
aculei, forti impetu sacro infixi capiti extrahē-  
bantur, imponebanturq̄ rursum non sine gra-  
uissima doloris acerbitate.

C̄ dentis nostrę oculis inspiciamus violen-  
tam & impetuosam dñici dorsi cruci impositio-  
nem, adeo ut capit̄ sacri spinea corona exin-  
de fortius profundiusq; in caput sacrum aculeos  
ageret suos.

C̄ Contemplēmur item totius corporec cōpa-  
ginis ad ligni mensuram extensionem. Dein-  
de seorsum manum & pedum clavis perfoſſio-  
nem, & quidē talibus, qui propter sui grossi-  
tēm & hebetudinem ad vñū mallei impulsū  
penetrare non valebant.

C̄ Uideamus totius corporis extensionē m̄ltio  
violentissimam, vt omnes nerui & ossa dinume-  
rari possint. Quisq; apud se reputet inter-  
na pietate, tenerrimi innocētissimiq; ac immo-  
culati corporis illius confessionem, laceratiōm  
& extensionem. Attendet in illo illud completū  
D̄ vos omnes qui transitis per viam, attenda-  
te & videte si est dolor sicut dolor meus. Qui  
quidem sic extensus in ligno iacuit in terra.

**E**t quamvis nemo nostrum ignoret, quid utilitatis et fructus toti terrarum orbi illa contulerit passio, simul tamen etiam noscitur propter nos cum talia pati. Proinde dignum est hec ipsa nos meditari, ut que propter nos facta esse non ignoramus. Dicamusque cum virgine, verba Ecclesie sancte, ad crucem. Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera, (hoc est extento super te corpori saueas) Et rigor lentescat ille i. naturalis tua durities mitescat, quem dedit naturitas: ut superni membra regis, mitti tendas stipite, i. non tam crudeli sed fauorabili stipite extendas, qui eum in te suffixus pendet rex regum est. **Dic er. 2. reg. 24.**  
go cum Davide. In me conuertatur manus tua  
Ego sum qui peccavi, iste quid fecit.

**I**ta quidem tunc dicere potuimus, verum tamen cum ille pati sic voluit, non licet nobis id nolle, sed summa cum gratitudine extensio hec penalis nobis excipienda est, gratias suae agendo manifestati, qui ultra precedentia mala, crudeliter etiam hanc extensionem perferre voluit. Crudelem itaque hanc extensionem in cruce iacentem domini super terram, Ecclesia fidelibus hodie representando ob oculos ponit crucifixi symbolum osculandum et venerandum exhibens. Et ob id osculaturus quisque fidelis, mediteret dolorosam ignominiosamque domini in cruce iacentis huiusmodi extensionem, antequam in aera cum ligno elevatus esset.

**C**um tandem mediteatur mes deuota, a terra salutiferi illius vexilli in altum erectionem. Perpendat violentam ipsius in terram vel per tre cavernam demissionem, adeo ut totius cor-

**P**otis vulnera, ex violēta ponderis illius in pē-  
ram deiectione verius q̄d demissione, dilatari  
ampliariq̄z ac rumpi inciperent, vberimumq̄z  
reddere sanguinem. Non dubium est, ingentē  
z consulum quendam clamorem ibi excitatum  
fuisse, dum p̄ gaudio alij riderent, alij flerent  
p̄ dolore. Nam astabant huic spectaculo z a-  
mici qui dolebant, z inimici qui gaudebant.

**C**onspiciat iam nunc mens fidelis, pontifi-  
cem altario assistentem, Contempletur agnum  
altari superimpositum, vt m̄di deleat peccata.

**R**esponsio. **C**Hanc extensionem crudelissimam, triumq̄  
in missa. horarum passionē Christi in cruce, refert atq̄  
signat sacerdos, per extensionem manū in for-  
mam crucis post consecrati calicis eleuationē.

**T**lati nunc in tertia principali parte, cō-  
comitantia immolationē seu coniuncta immo-  
lationi agni nostri videre libet. Hęc aut  
ipa sunt verba Christi pēdenī in cruce.

**O**ctia sacerdos officiū est non tantum sacri-  
ficare, seu pro populo sacrificium facere vel  
offerre deo, sed etiam quę dei sunt populo tra-  
dere. Fecit z hoc ipsum sacerdos noster Christus  
Jesus, disputando in synagogis Iudeorum, die  
bus sacris docens in templo populum, nec in  
templo solum, sed etiam in locis alijs, sequente  
eum tanq̄z verum doctorem turba frequentissi-  
ma, siue ad loca inulta se reciperet, siue in lo-  
cis cultis ageret ybi docebat z crudiebat popu-

lum. Nec desit docere usq; ad horam etiā mortis suę. En positus ianu in extremis vitę volēs relinquere mundum asperrima mortis via, vo-  
lit pariter positus in altari crucis sermonem facere salutarem & cōpendiosum, quo arctius memorię mēris nostrę imprimi possit. Et ob id nostrū est summa attentione ea aduertere quę  
Ehristus Iesus, iamiam hinc migraturus nos edocuit, ut pote saluti nostrę pñcessaria.

**C**Assistere curemus cruci ipsius cum Maria matre eius & Joanne ad hūc sermonem audiēdum. Ue eū nobis si relicto eo solo in cruce, eū Petro fugiemus. Aut si pñsentes fuerimus, si illudere ei cum Iudeis non cessauerimus, aut crucifigere ipsum cum milibus non terrea-  
mur.

**P R I M V M** itaq; verbum sacerdotis no-  
seri in cruce fuit, perfectę & summę charitatis.  
Postq; eū crucifixissent dñm, illudebant ei va-  
ria hominum genera, Illudebant nempe ipsi  
milites, cum diuiserunt vestimenta eius. Et Joan. 19  
quia ut dicit Joannes Erat tunica inconsu-  
tilis desuper contexta per totum. Dixerūt  
ergo ad iuicem/ non scindamus eam sed  
sortiamur de illa cuius sit.

Facta fuit hęc sors atq; diuisio ad illusionem  
Ehrsti atq; contemptū vestimentorum eius.  
Tancq; dicerēt, arrogabas tibi regiam digni-  
tatem, en tua nuncomnia partimur bona, & tā-  
quam alicuius magnę forent importantię mit-  
timus pro eis sortem. Pretereuntes etiam  
qui forte ad diem solennem cōueniebant, proue-  
dicit Matheus,

**Mat.27.** **P**riereuntes blasphemabant eum mo-  
uentes capita sua et dicebant vach qui de-  
struis templū dei/et in triduo reedificas il-  
lud/salua temetipsum/si filius dei es descē-  
de de cruce perinde arq dicerent , melius est  
dolorem si potes propulsare, quam eum siffer-  
re. **C**onsimiliter et principes sacerdotū il-  
ludētes cum scribis et senioribus dicebant  
Alios saluos fecit/seipsum non potest salo-  
uum facere hoc est, haud verum esse probatur  
quod fama vulgi adferebat de eo , alios ipsum  
saluti restituere, cum nunc sibi ipsi salutē neqe  
conferre. **S**i rex Israel est/ descendat nūe  
de cruce et credemus ei / **C**onfidit in Deo  
liberet eum nūne si vult/dixit em̄ quia fili-  
us dei sum hoc est prompte ⁊ faciliter sui libe-  
rationem a patre cuius se iactitat filium impe-  
trabit, non em̄ solet iusta denegare filio pat̄ que-  
amat. At p̄fissimus dñs tantis expositus irri-  
sionibus, afflictiq ⁊ supra modum atritus pe-  
nis,nō irritatus dixit Pater dimitte illis nō  
em̄ sciunt quid faciunt **M**ale quidem agūt  
extra omnem cōtrouersiam , iusteq ob hoc pu-  
niendi venirent. **V**erumt̄ ego propter pecca-  
tores saluandos nō perdendos veni, maiestati  
tuę pro eis satisfacio. **D**imitte ergo illis, nam  
te inuoco vt patrem pium nō vt iustū iudicem

**C**o verbum miserationis admirande,inex-  
plicabilis ineffabilisq erga nos Christi chari-

tatis, tum quia pro suis tortoribus ipsum cruci  
figentibus orauerit, tum quia hoc ipsum cum heb. 3.  
lachrimis et valido clamore gerit.

Qualis est hic attende o Christiane homo, qui  
in omnibus suis pressuris, ne semel quidem os  
aperuit, ut aut querele, aut excusationis, aut  
cominationis, aut maledictionis verbum pro-  
ferret aduersus inimicos, sed nouę bñdictionis  
verbum, quale a seculo non est auditum, super  
inimicos effudit. Non attendebat iniuriam su-  
am, non peccatum, compatitur potius ipsis a q-  
bus patitur, et magna clamat pietate dicens.  
Pater dimitte illis.

**C**ocuit nos hoc verbo erga hostes doctrina  
nostros perfectam habere charitatē, ut nostray  
iniuriarum simus immemores: non expectan-  
dam vindictam, sed pro eis orandum et interce-  
dendum. Debet profecto ad hoc verbū cor  
emolliri nostrum, ut debita debitoribus ex  
corde dimittamus, quo tandem secure dicere po-  
terimus. O Christe, En ego tuę maiestatis  
adorator, non interfector corporis tui, non irri-  
sor sed venerator mortis tuę. Interpellet p me-  
tus humanissima benignitas, commendet me  
patri indicibilis tua erga me pietas. Dic p q̄s  
sime dñe. Pater ignosce illi.

**S E C V N D V M** verbum fuit liberalis  
promissionis. Cum em latro crucis socius ad  
dextram illius pendens correpto et reprehenso  
de stulta blasphemia socio sceleris, cōuersus ad  
dominum ait. Dñe memento mei cum ve Luce 23.  
nbris in regnum suum Et mox p h̄c verba

**Dixit illi Jesus / Amen dico tibi / hodie  
me cum eris in paradiſo.** Habemus hoc lo-  
**Chriſo.** co admirationis, immo maximi stuporis copio  
hōme. 33 ſam materiam, iam ex parte latronis quam ex  
de cruce parte Chriſti. Ex parte quidem latronis, mi-  
rabilis fidei magnitudo.

**Gene. 15** Credidit Abraam deo, s3 de cœlo loquenti.

**Eſiae. 6.** Credidit Eſaias, ſed ſedenti ſuper ſolium exel-

**Ezecl. 10** ſum et eleuatum. Credidit Ezechiel, ſed ei-

**Ezod. 3.** quem ſuper Cherubin in gloria contemplatus  
ſuerat. Credidit Moſes, ſed vidit rubrum ar-

dētem ſine combustionē. Iste autē credidit mo-  
rientem videns in ligno crucis. Magna ita  
qz fidē habuit, dum hunc quem damnationis  
ſocium vidit, et ab etinibus irriſum, regna-  
turū tñ ſuper mortuos poſt hāc vitam nō dubi-  
tauit.

In ſuper habuit et ſpem, adiutum in  
regnum Chriſti expoſtendo. Habuit et cha-  
ritatem veram, ex qua ſocium pœnæ proximū-  
qz, ſub tempore pœnitentię redarguebat dices.

Neqz tu times deum tanqz dicat, homines  
non timuisti latrocinia exercēdo, ppter que nūc  
affixus es cruci. Sed et nunc nec deum reuereret  
quem vel hoc tpe maxime timere te decet.

et in eadem damnatione es ſez mortis. Et  
nos quidem iuste nam digna factis recipi-  
mus. hic vero nihil mali gessit. Coſidera la-  
tronis diuius magnam fidei constantiam et ani-  
mositatem, et confessionis innocentię Chriſti ſe-  
curitatem, diſcipulorum confessionem ſuperātē  
yt que illi palam de Chriſto ob incertum proſi-  
teri non auderent, hic pfeſſus eſt ob oculos om-  
nium eius innocentiam.

**E**x parte Christi insuper est quod miremur  
quia scz non contempsit eius confessionem et te-  
stimoniū, item excusationem et postulationē,  
Atqz insuper plura illi promisit q̄ ille petijt: fa-  
cit aut hoc dñs interposito iuramenti sui soli-  
to verbo dicens. Amen dico tibi, hodie meū  
eris in paradiſo.

**D**ocemur ex hoc verbo, maxime consolatio doctrina-  
nis, perfectam habere fiduciā in Christo pr̄sus  
omni desperatione relegata, dum latroni qui  
nihil vñqz boni in vita gessit, sub tam breui tē-  
poris penitentię periculo, paradiſum promisit  
Et reuera hoc ipsum et hodie quotidieqz Chri-  
stus exhibet: qui em̄ errata sua deuote et fideli-  
ter confessus fuerit dño, mox cum eodem para-  
diſum ingreditur, nunc pñti sub tempore per-  
aram gratię, taudem post mortem per coronam  
glorię. Esse aut̄ homo mortalis in paradiſo di-  
citur, hoc est in quadam voluptate et requie, pa-  
securitatem conientię: ait nanqz sapiens, se-  
cura mēs quasi iuge conuiuum.

**T E R T I U M** Verbum erat maternę cō-  
mendationis quo matrem discipulo Ioāni tūc  
astanti comendauit, scribit nanqz Joannes.

**S**tabat autem iuxta crucem mater eius **Joan. 19**  
et soror matris eius **Maria Cleophe** / et  
**Maria Magdalene** videns aut̄ dñs mce-  
stissimam matrem assistentem sibi, vehementi  
dolore affictam, ut pote cuius animam gladius  
doloris tunc pertransiit, iuxta Simeonis va-  
ticinum. Nempe ea quę Christus sustinuit in **Lucez.**  
corpoſe ipsa pacienter in animo perpells est, nā

**Luce. 2.** si dolens querebat hunc filium perditum, multo sane nunc validius dolore sauciata constat dum cerneret illum in tormentis et maximis constitutum peccatis ac ludibriis. Huius ergo rei non ignarus pessimus dominus, plurimum ei constolando, tutorem illi, et consolatorem prouidere dignatur, inspiciendo eam oculis iam moribundis et sanguine consperso humefactis, dicens  
**Mulier ecce filius tuus Q d.** ego tibi semper subditus eram, seruiebam tibi, consolationem prestatbam. Nunc autem te deserco, carebis iam meo ministerio et defensione. Igitur hunc quem precepiteris diligere, tibi trado pro me in custode, et filium et famulum, per cuius presentiam in mea consolaberis absentia: accede secure ad eum.  
**Dilige eum pari affectu, atque si esset unicus filius tuus Deinde dicit discipulo Ecce mater tua Reverentiam et obsequium prestatabis illi, sicut assolet bonus filius exhibere matri.**

**doctrina** **C**In hoc facto suo docet et erudit nos dominus, parentes nostros debere prosequi digno honore eorumque vitę et promissionis curam habere, nec eos quoquo pacto negligendos esse, etiam si magne nobis et intollerabiles immincent erunt nam optimus ille est, qui non in tranquilitate solum et copia rerum, sed qui vel in tempestate et egestate constitutus, mandatorum dei haud obliuiscitur.

**Alia do-  
ctrina.** **C**Insuper in his Christi factis, aduertendum Christum morientem sic suum disposuisse testamentum, quod de omnibus quem habuit, nihil sibi dereliquit. Distribuit enim cuique pro statu et con-

ditione sua quęque per eum habita: Quando-  
quidem ea quę habuit temporalia, tatiqz vilio-  
ra abiectionaꝝ iāpridē cōmiserat Iude. Suoꝝ  
zelatori Perro ecclesiam. Patri discipu-  
los. Crucifixoribus corpus. Militibus  
vestes. Parroni p̄c̄nitenti paradisum. In-  
fernū vero blasphemō imp̄c̄nitenti.

Reliquum habens matrem ⁊ spiritum suum,  
illam Joanni, hunc vero patri cōmendauit.

**C**ōscriptis per hęc normam recte migrādi  
ex hoc mundo ēhristiano homini, Quatinus  
ēhristo imitatus, testamentaliter omnibus or-  
dinatis atqz distributis, locum rixis, ⁊ occasio-  
nem rapinis p̄cipiat, sicqz nudus, singulis re-  
nuncians, nudū ex hoc mūndo ēhruim sequatur.

**Q V A R T V M** Verbum fuit magnę a-  
cerbitatis quo se supra modum ⁊ vehementē af-  
lictum ēhristus declarauit, dicens.

Heli heli lama sabatani / hoc est / Deus  
meus / Deus meus / vt quid dereliquisti me  
Id est, cur tam acerbis me exposuisti cruciatibꝝ  
Hoc tñ verbum, nemo putet ēhristum in per-  
sona diuinitatis, sed in forma humanitatis p-  
tulisse. Diuinitas em̄ exp̄s omnis p̄enalita. Simili-  
tis existit. Cidemus namqz in rebus creatis tudo pul-  
ita euenire, vt alterum sine altero patiatur vt chra.  
Sole, radijs ⁊ splendorc suis lignum illustrāte  
lignum tale sectioni ⁊ destructioni subiciū esse  
si securis admoueat, atqui constat Solem ⁊  
suos radios esse illesos ⁊ impassibiles: multo id  
validius in verbo existere diuino credendū est.  
secundum ypostasim vnitam carni. Sola igitur  
pertulit passionem caro seu humanitas, ex cuiꝝ

L

conditione loquitur dñs p̄cēne exprimēns grā  
uitatem.

**doctrina** ¶ Instruimur hoc verbo dñico, ad dominum  
in nostris recurrere necessitatib⁹, nostram illi  
desolationem exponendo, suęq; maiestati sup-  
plicando, vt tribulationem nostrā respicere di-  
gnetur, ⁊ secundum voluntatem suam exhibi-  
to nobis superandi ac pacienter ferēdi auxilio  
in bonum salutis finē dirigere, vt sorti ⁊ equo  
dicamus animo, fiat voluntas tua.

**Joan. 19.** QUINTVM verbum erat desiderij cordia-  
lis, cū dixit Satio In quo expressit ingens no-  
stre salutis desiderium. De hoc Joannes nar-  
rat dicens. Postea sciens Jesus quia omnia  
consumata sunt/ ut consumaretur scriptu-  
ra dicit/ Sicio Nam quę lex ⁊ ppbhetę de eo  
dixerunt consumata erant, ita vt ⁊ illud con-  
sumaretur quod complendum adhuc restabat,  
nempe quod David olim predixerat dicens.

**p. 68.** Et dederunt in escam meam fel, ⁊ in siti mea  
potauerunt me acero. Dicens igitur sitio, hoc  
innuit, q d. hoc solum ex scripturis perficiend⁹  
restat, perficite Davidis varicinium de pota-  
tione ⁊ siti. Expressit quidem hoc dicto dñs  
⁊ sitim naturalem corporis, quam tunc patie-  
batur, sed multo magis sitim ⁊ desiderium no-  
stre salutis quam ipse parabat.

**doctrina** ¶ Erudit nos hoc verbo, quanto desiderio sa-  
lutem nostram sitire nos attrineat. Nam ultra  
cetera quęcunq; bona tempalia, nihil eque no-  
bis expectendum venit, quam salus animarum  
nostrarum; sed neq; solum nostrarum verum

eniam salus proximorū nostrorū, hāc vltra quę  
uis temporalia lucra et commoda maiorī curę  
nobis esse habendam.

**V**as autem erat positum acetō plenum. Joan. 19.  
**I**lli autem spongiam plenam acetō Iso-  
po circumponentes obtulerunt ori eius.

Aduertamus qualem refectionē, post rot exan-  
tlatos labores Christus habuit. Perpendam⁹  
quale poculum valedictionis iam iam ex hoc  
mūndo migraturo regi celorum scelerati exhibe-  
bent. Laborauit strenue et fortiter adeo ut in-  
star teste areceret virtus eius. Attamen dum  
sitibundus refectionis peteret poculum, filii Isa-  
chane aceti et sellis illi obtulerūt amaritudinē  
**S E X T V M** Verbum fuerat scripturarū  
consumationis, ait Joannes.

**C**um ergo accepisset Jesus acetum dixit. Joan. 19.  
**C**onsumatum est hoc est, ad calcem et finem  
suum perductum est, quicquid uspiam scriptū  
fuit de me. Consumatum finitumque est paternū  
imperium. Consumatum est filiale obsequiū  
seu mea obedientia, qua patri extiti obediens  
usq; ad mortem. Consumatum est humanę re-  
demptionis mysterium. Consumatum deniq;  
que est et patrum desiderium.

**D**ocuit hoc verbo dñs inchoatam p̄cēnitēti doctrinā  
tiam perficere: omnia opera ad perfectionem  
debitam perducere: vitam debito fine termi-  
nare. Nemo enim ignorat, mercedem non ad in-  
choationem, sed ad consumatiōem usq; operis  
conferri solere, nec denarius incipientibus sed  
enientibus numeratur. Sic nec corona iniciā. Mat. 20.

tibus cursum tantummodo, sed illis qui ad metā  
J. Lc. 9. perueniunt, brauij conceditur experiti gloria.  
**S E P T I M V M** Verbum & finale fuit sū  
mē deuotionis, in quo etiam includebatur eius  
**Luce 23.** oblatio cum dixit clamaus voce magna  
pater/ in manus tuas commendō spiritū  
meum. Ultimum hoc verbum protulit domi-  
nus, ex magno deuotiois feruore, simile est atqz  
diceret. Pater omnipotens, tua voluntate de-  
scendi in mundum, ut offerrem sacrificiū ad pla-  
candum iram tuam aduersus homines, opus  
ad quod me misisti impleui, Ecce offero tuę ma-  
iestati non hyrcos, non vitulos, sed meipsum.  
Suscipe igitur sancte pater, me dilectum filium  
tuum, tibi in sacrificium immolatum, pro sa-  
lute humani generis & remissione peccatorum.  
Esto amore mei de cetero placabilis generi hu-  
mano, pro quo meam tibi vitam pono & offero  
Ideo iam nunc functus officio meo, Angelus  
tui alti consilij, in manus tuas commendo spūm  
meum: atqz ita in obedientię signum, ut dicit  
Ioannes, inclinavit caput.

**Joan. 19** Et inclinato capite fradidit spiritum.

**doctrina** **C**icut Christus in agone, seu angustia mor-  
tis sua constitutus clamauit ad patrem, ita con-  
similiter, tanqz bonus magister & pastor, pios  
exemplo sui docuit, quid agere debeamus posi-  
ti in temptationibus, & spiritualitatem in agone mor-  
tis: quia quamuis semper teneamur auxilium  
nostrum & spem firmam in deū ponere, eumqz  
invocare, quo intēdat in adiutorium nostrum,  
maxime tñ in agone. Cum quia tunc suprema

et finalis necessitas est, cum quia hostis nostre  
capitalis maior importunitas, virtutem nostram  
eo sub tempore debilitatem, varijs fraudibus  
suffocare studet, sciensque post victoriam tunc in  
eum obtentam, nullumque amplius se ius habet  
re posse ad nos decipiendos vel possidendos.

**C**oncilio etiam Christus, quod si ita animas no-  
stras in amore et deuotione ad deum sponte exer-  
entes, iuxta eius beneplacitum commendauerimus  
extincit fiduciam spemque firmam in ipso habere  
debemus, quod diuina sua virtute, non modo ab  
incursu demonum per ipsum liberabimur, sed  
etiam certos nos esse decet, quoniam quidem maius  
donare dignatus est nobis (filium scilicet suum unigenitum sibi equalem) in redemptionem no-  
stram, donare dignabitur et minus scilicet visionem  
suam beatificam: non sic quod nos ipsam me-  
ruerimus, sed ipsa passio filii sui, pro nobis ex  
infinita charitate traditi et oblati, quia ipse voluit  
**C**onos itaque, pro quibus seipsum agnus no-  
ster immaculatus et sacerdos in eternum, offerre  
non est designatus redemitque, et ad vitam sua  
morte perduxit, per gratiam de tanto ineffabili be-  
neficio, ex intimo corde agamus eidem gratias  
dicentes in memoriam mortis sue. **P**ro nō

**C**Anteque autem dicetur de his quae conse-  
cuta sunt illam nostram agni oblationem, videbis  
mus iam dictorum in missa representationem.  
**C**Unde sciendum quod sacerdos peracta eleua-  
tione calicis, et dispositione facta, insuper exten-  
sione manuum, prosequendo verba canonis, qui  
bus comprehendat sacrificium suum, plura signa

**E**gestus reddere seū facere solet: non ad conse-  
crandum vel benedicendum, quia Christus q-  
bebie, 7. est presens in sacramento, est incomparabiliter  
maior sacerdote, sine ulla autē contradictione:  
quod minus est a meliore bñdicit. Facit tñ ea  
omnia ad representandum dñicę passionis hy-  
storię, ita vcz, q- sicut signa ante consecratio-  
nem referunt ea que Christus ante crucē pertu-  
lit, ita que consequuntur consecrationem, rep-  
sentant ea que in cruce Christus pati voluit.

Itaqz dum illam partem canonis dicit, Oſce-  
rimus preclarę maiestati tuę de tuis donis ac  
datis, facit quinqz crucēs, dicens, hostiam pu-  
ram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam  
panem sanctum vitę eternę & calicem salutis  
ppetuę. Deinde iunctis manibus inclinat  
se dicens, supra que propicio ac sereno vultu.  
Oſculaturqz altare, dicens, Ex hac altaris p-

**Quinqz** ticipatione. Quinqz crucēs factę continue  
vulnera quinqz maiora vulnera representant, que domi-  
signant. nus in cruce extensus suscepit, in manibus pe-  
dibus & latere.

**I**nclina- **C** Inclinatio humilis iunctis manibus, re-  
tio capi⁹ presentat, q- Jesus pendens in cruce, conclau-  
Christi tis manibus, morti apprians, non habens ubi  
signatur reclinaret caput, pr̄ spincę coronę grauitate  
doloribus grauatū, cœpit illud versus pectus

**D**ivisio inclinare. Post hoc facit tres crucēs, vnam  
sanguinis super speciem panis, dices sacrosancti filii tu⁹  
a corpore corpus. Aliam super calicem dicēs, & sangu-  
cū titulo nem sumpserimus. Tertiām ante se dicēs, omni  
signant. benedictione. Primi due signant q- corpore  
Christi in maximis doloribus constituto, say-

Quinqueq; extracto & separato, totū corpus aruit  
quidem totaliter effuso, finale verbū protulit  
clamans, Pater in manus tuas tec. Ubi etiam  
sex precedentia Christi verba sunt meditanda  
Tertia vero crux ante se facta, signat titulum  
cruci suprapositum. Jesus Nazarē rex Iudeorū.

**C**Tandem fit silentium sub mortuorū memo- Mors  
Christi  
ria, per quam representat̄ Christi mortui corp⁹  
in cruce pependisse, animamq; eius in silentio & descen-  
ad limbum patrum descendisse. Unde tanc sus ani-  
meditandus est dolor ille, quem habuit Christi meus eius  
sus, dum ageret animam. Et quamvis sponte ad limbz  
& volens illam poneret, utpote quam in sua ha designat̄  
bebat potestate, quod cuilibet alteri denegat̄ Docrina  
est, ita scz ut pro voluntate sua emitteret ani-  
mam, nisi illi qui est autor animarum id cōque-  
niebat. nihilominus tñ cum magno dolore  
exiuit bñdicta eius anima, optabat em̄ natura  
liter incolere corpus seu permanere in eo, non  
minus qđ anima cuiuscunq; alterius, & preser-  
tim quia in nullo impediebat ab eo, qm̄ perse-  
cte fruebatur deo: ppter hoc illius doloris tunc  
memoria habēda est. Ordinum insuper est  
sub eo tempore, ex toto corde, quatenus dñs re-  
cordatione descensus huius ad inferos, dignet  
liberare animas de purgatorio, sicut pro illo te-  
pore Christi anima diuinitati verbi coniuncta,  
liberauit animas de limbo.

**C**Tertia pars principalis de consequen-  
tibus oblationem.

**C**Absoluto ministerio oblationis, legalis sa-

**Ezeb. 44.** sacerdos gratias deo fundebat. **Moxq; vestig;**  
bus sacris se exuebat iuxta illud, Sacerdotes  
cum ingrediuntur portas atrij interioris, ve-  
stibus lineis induentur. Cumq; egrediēt atrij  
exterius ad populum, exuent se vestimentis su-  
is in quibus ministrauerunt, et vestient se vesti-  
mentis alijs. Inducbat se sacerdos legalis p-  
rijs vescibus. Dabat populo expectantii mun-  
benedictionis, tandem in domum remigrabat  
suam. Hanc modo in hoc noui testamenti sacri-  
ficio, consecutæ sunt gratiarūactiōes, et effect<sup>o</sup>  
oblationis Christi mox apparuerunt: mortuo

**Mat. 27.** siquidem dño multa signa ut Matheus nar-  
rat facta sunt: nam **Et velum templi scis-**  
**sum est in duas partes / Terra mota est/**  
**et petre scisse sunt/ et monumenta apta sūt**  
**illorum scz qui ex speciali gratia cum Christo**  
**post hoc surrexerunt. Lenturio ergo viso terre**  
**motu et alijs signis, presertim q; clamans expi-**  
**rasset, percultus timore cum his qui cū eo erant**  
**dixit. Vere filius Dei erat iste Per quod**  
**glorificauit deum, considerans vocē illam ma-**  
**gnam non potuisse reddi ab homine puro mor-**  
**ti vicino. Ideo ex his signis, et spontanea spi-**  
**ritus emissiōe cum clamore valido, conclusit, q;**  
**ille qui sic clamans expirasset, deus esset. Non**  
**solum aut Lenturio, sed ut dicit Lucas.**

**Luce. 23.** **Et omnis turba eorum/ qui simul aderant**  
**ad spectaculum istud/ et videbant que sic-**  
**bant/ percutientes pectora sua reuerterebāt.**  
**En video effectus Christi passionis illico post**  
**ipsius mortem consecutos.**

Deinde et lateris perfoſſio et apertio facta est.  
Uidentes enim Iudei varia signa fieri, et quod multi  
conuerterentur timentes ſeditionem et tumultu-  
rum populi contra ſe fieri, ſicut Athenis acci-  
diſſe legimus, Socrate optimo viro intercepto,  
cuins mortem, communis virtus fuit populus.

Tum quia etiam in vicino erat sabbatum Pas-  
che, ut dicit Joannes.

Erat enim magnus dies ille Sabbati      Joan. 19.  
ad quem concurrebat solenitas Pasche, Ideo  
rogauerunt Pilatum ut frangerentur eo-  
rum crura et tollerentur sciz ex ligno. Et  
quamvis preſidi apponcerent reverentiam sole-  
nitatemque sabbati, et legem illam. Non per- deut. 21  
manebit cadaver in ligno, in corde tamen magna  
tenebant maticia. Uidebat enim a dextris Chri-  
ſti crucifixum latronem ad Christum conuertum  
pariterque multos alios, qui percutientes pecto-  
ra reuertebantur dolemes de facto. Insuper  
quia forte audiuerunt muſitantem vulgum con-  
tra maiores, ut ergo tumultus et ſeditionis om-  
nis tolleretur materia, rogaruerunt Pilatum et c.

Venerunt ergo milites et primi quidem  
fregerunt crura et alterius qui crucifixus  
est cum eo ad Iesum autem cum venissent  
ut viderent eum iam mortuum non fre-  
gerunt eius crura.

Nam crurium confractio fiebat non ad aliud  
nisi ut depositi de cruce vivere non poffent.  
Neque etiam sine diuina prouidetia factum est, quod  
Christi crura non sunt violata nempe propter

**Exod.** 12. typum iustagno Paschalt adumbratū, de quo scriptum est. Os non comminuetis ex eo, alio- qui quomodo patentibus percussissent cruribꝫ, qui cordi intra corpus latenti et abscondito, no- pepercerunt, rimantes, ira lancea claustra il- lius, vnde dicit Joannes.

**Joan.** 12. Sed unus militum lancea latus eius a- peruit, ut de morte eius certior redderetur.  
Et continuo exiuit sanguis et aqua.

**C** Typici agni ossa non cōminuebantur, ad vēnotandum q̄ fortitudo veri agni atq; incon- taminati, nullo modo per passionem erat infir- manda. Moliebantur siquidem istud Judei morte turpissima ipsum condemnantes ne vn- quam memoria eius habeatur. In contrarium tñ reducta est mors ipsius, quia hoc ipso crucis mysterio doctrina eius corroborata est.

**C** Motanter autem dicit euangelista: Aperuit non dicit vulnerauit aut percussit, ad significā dum, q̄ in latere Christi ostium vitę pandere- tur. vnde omnia Ecclesię sacramenta nobis p- fluxerunt, quo ad virtutem ducendi ad vitā eter- nam, Ideo licet ante eius passionem erant ali- qua instituta, vt baptismus (p)out discipuli Jo- hānis baptiste de Christo dixerunt. Rabi qui erat tecum trans Jordānē baptisat, et omnes veniunt ad eum) non ramen habuit illam vir- tutem, vt eo suscepto ianua cœli suscipienti pa- teret, nisi post passionem Christi, cum premium solutum est: sanguis es̄ ille signabat perfectā redēptionem, et aqua emundationem.

**Joan.** 3.

**A**liud consequens fuit tumulatio  
vbi dignum admiratione cernitur, q̄ statim p̄  
ignominiosam mortem, habere voluit sepultu-  
ram honorabilem & gloriosam, ita q̄ maior fuit  
sibi reverentia exhibita mortuo quam viuo.

Hoc quidem ita fieri decebat, quia passibilita-  
tem & humilitatem suscepereat propter nostram  
redemptionem, ideo ipsa redemptione & morte  
eius facta, delquerunt cessare illa, & ea que seq-  
uantur quodam modo ad resurrectionem per-  
tinere gloriosam. Honor autem sepulture patet

**P R I M O** Ex parte sepelientium, qui erāt  
personae magnae & nobiles. Joseph nobilis de Mar. 15.  
curio, i senator qui audacter introiuit ad  
Pilatum et petiit corpus Iesu. Nec non  
Nicodemus phariseus princeps Iudeorum Joan. 19.  
qui venerat ad Iesum nocte primum/ se- Joan. 3.  
rens mixturam mirrhe et aloes quasi lis-  
bras centum.

**S E C V N D O** Ex modo sepeliendi, quia  
corpus illud aromatibus ipsius Nicodemi co-  
ditum fuit, Et sindone munda Joseph inuoluitu Mar. 15.

**T E R T I O** Ex parte loci, quia ut scribit  
Matheus.

Accipio corpore Joseph inuoluit illud in Mat. 27.  
sindone munda/ et posuit illud in monu-  
mento suo novo quod exciderat in petra.

**C**Representantur consequentia Christi mor- In missa  
tem per sacerdotem in officio missæ circa finem rūtatio.

canonis, nā post peractam mortuorum memoriā, eleuata paulo altius voce, dicens sacerdos pectus tundendo ( nobis quoq; peccatori- bus) signat confessionem centurionis atq; tū- sionem pectoris turbē abeuntis.

**E**pilogus precedentium Christi pas-  
sionem per subsequentia signa.

notatur.

**I**niciens tādem sacerdos dicere. Per quē  
ibēc omnia dñe semper bona creas, sanctifi-  
cas, viuificas, benedicis, et prestas nobis, per  
ipsum et cum ipso et in ipso est tibi deo patri om-  
nipotenti omnis honor et gloria.

Sub horum prolatione verborum octo figurat  
cruces: primas tres manu sola, deinde acce-  
pta hostia tres alias format inter calicis labia  
et duas extra calicem: tenensq; paululum circa  
calicem hostiam deponit eam dicens, per om-  
nia secula seculorum.

In quibus habetur brevis epilogus. Represen-  
tantur eis per ista omnes passiones que specia-  
lius et clarius fuerunt representantē superius.  
Tres namq; crucis sola manu facte, illa signat  
cruciamina, que Christus primis tribus tem-  
poribus distinctis pertulit. Prima. Terra et  
Sexta horis diei.

Item tres alię hostia mediare intra calicem fa-  
ctę, signant ea que Christus pertuli et in cruce  
pendens ab hora sexta usq; ad nonam, quib; se  
prem verba priorulit. Quę ultimę extra cali-  
cem, signant effusionem sanguinis et aquę trā-  
fixo latere eius.

**S**acerdos item dicens, omnis honor, tenensq; paululum hostiam, signatq; corporis Christi de cruce depositi a Josepho & Nicodemo baulationem. **R**epositio hostie in corporali signat inuolutionem corporis Christi in syndoe. **A**men, quod minister responder post verba sacerdotis, per omnia secula seculorum, signat Mariam matrem Christi & aliarum mulierum, videntium Christi corpus inuolui, lamentum & ploratum. **H**inc sacerdos dicens voce clara. **O**remus preceptis salutaribus. Et deinde propter noster iubilum patrum in limbo exultantium signat. **P**arenz reassumptio ac in dextra sacerdotis manu eius locatio, triumphum Christi notat.

**S**ignans autem scipsum sacerdos corpus Christi tenens in manibus supra calicem & dicens, Pax domini, denotat omnia per sanguinem Christi pacificata fuisse, ipsum vero hominem cum deo & Angelis.

**C** Pro finali sermonis conclusione.

**A**duertendum est id, quod magnus ille crucifixi amator docet Paulus, qui nihil aliud indicat se scire nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Id inquit quod dicit ad galatas.

I. Cor. 2.

**A**libi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.

Gala. 6.

Quemquidem gloriatio, quamvis philosophis & sapientibus mundi huius stultitia & ignomina scandalumque esse putatur. Atque apud Paulum & Christianos bonos gloria & virtus dei certissime creditur.

I. Cor. 1.

**E**t vere nobis gloriandum est in cruce, quoniam

Ex illa omnia habemus, quæ hominem magnū  
et gloriosum facere solent.

**Rom. 6.** Captiui, gloriosos et felices se per omnia puz-  
rant, si excusso captiuitatis iugo libertate po-  
tiuntur. Per crucem id nobis datum est, q[uod] ve-  
rus noster homo simul crucifixus est, sed cum  
Christo, hoc est, peccatum ablatum, et somes di-  
minutus ut ultra non seruiamus peccato.

Reputat se magnum et beatum homo, si ad col-  
legium aliquod insigne adsumatur, per crucem  
autem cœlesti collegio ascripti sumus, attestante  
**Colosæ. 1** Paulo. Pacificans per sanguinem eius, sive  
quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt.

Magnum insuper et gloriosum se reputat ho-  
mo, si amicitia regum et principum dignatus  
fuerit. In cruce autem euidentissimum nobis ami-  
cicæ signum monstratur, non terreni et morta-  
lis, sed cœlestis et æterni omnium principis.

**C**Utere ergo gloriandum in cruce, ibi namque  
securitatem inuenimus: si enim iratum patrem  
timemus, ad crucem securi configimur. Mana-  
sicut pia mater extendens brachia sub pallium  
per ipsam dilatum, filium suscipit quem pat-  
flagellare destinauit. Ita Christus in cruce ex-  
tendit brachia, latus suum aperiri et dilatari  
fecit. Ad quem dum configimur amplexabit  
nos et in latere suo abscondet, Requiescat itaque  
secure sponsa et fidelis anima in his petre for-  
minibus, Nempe in vulneribus Iesu Christi.  
Quoniam in his foraminibus inueniemus si  
quid nobis desuerit. Quid enim nostra opera?  
quid nostra iusticia? q[uod] si satisfactio? Lerte ex sui

ratione nihil sunt. Immo illa fintuendo despasa-  
re cogeremur, nisi in spe et merito vulnerum Christi  
solidaremur. V N D E B E R N A R D U S . Sermo  
Ego fidet quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus domini, quoniam misericordia affluit, Cantica,  
nec desunt foramina per quae effluant.

Eum ergo gloria nostra est in cruce domini nostri  
Iesu Christi, heret illius memoria semper in  
cordibus nostris. Ille namque qui in aliquo glo-  
riatur oblectatur, de eo semper et cogitat et  
loquitur: in hunc modum etiam nos de cruce  
cogitemus semper et loquamur. Illic faciamus  
Tria tabernacula.

Mat. 17.

Et si forte incipientibus nobis videbitur res  
insipida, tamen si per continuam meditationem con-  
seretur, admodum dulcis et sapida inuenietur,  
sicut aromatum preciosum.

Reuera si iugi meditatio, dum sunius in hac  
vita, in his tribus immorabitur tabernaculis  
corpis Christi, scilicet vulneribus pedum, lateris et  
manuum, transferret nos ad tabernaculum non manu  
factum, ad quod intravit perfecto sacrificio suo, et  
in quo nullus astat patri: pro humanitateque sue in  
tuitu et compassione, in puniti per signa et enigma  
ta fidei, dabit nobis tandem claram suorum divini-  
tatis in eternitate contemplationem. Amen.



**O** crux gloriosa. O crux adoranda. O lignum preiosum et admirabile signum per quod et diabolus est vinctus, et mundus Christi sanguine redemptus.

Versus.

Adoramus te Christe et benedicimus tibi: Quia per crucem tuam redemisti mundum. Oro.

Deus qui in vexillo sancte crucis quinq[ue] vulnera passus nobis dona contulisti perpetue tuę lucis, atque tui preciosi sanguinis effusione genus humanum redimere dignatus es: tribue quæsumus, ut qui in tua cruce gloriamur nunquam iugo peccati subdamur et ab eternis

liberari mereamur supplicijs: Qui cum deo patre viuis ac regnas


Deus in secula seculorum.


Amen.,




XVI, 55







50.000,-



THE  
LITERARY  
MAGAZINE  
AND  
JOURNAL  
OF  
SCIENCE,  
ART,  
LITERATURE,  
AND  
POLITICS.